


UNIVERSITY LIBRARY,
APR 21 1898
PRINCETON, N. J.



BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

DRITTER BAND.

ERSTES HEFT.

DE PONTIFICUM ROMANORUM INDE AB AUGUSTO
USQUE AD AURELIANUM CONDICIONE PUBLICA

SCRIPSIT

PAULUS HABEL
DR. PHIL.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1888.

DE PONTIFICUM ROMANORUM
INDE AB AUGUSTO USQUE AD AURELIANUM
CONDICIONE PUBLICA

SCRIPSIT

PAULUS HABEL
DR. PHIL.

UNIVERSITÄT
BRATISLAVA

VRATISLAVIAE
APUD GUILIELMUM KOEBNER
1888.

УТРАЧЕНО
УРАЖЕНО
Л.И. КОТЛОВИЧ

GEORGIO WISSOWA

SACRUM

(RECAP)

108634

In quattuor summorum collegiorum sacerdotes populi Romani quo modo recte sit inquirendum, accuratissime demonstravit C. Bardt libro illo qui inscribitur 'Die Priester der vier grossen Collegien aus römisch-republikanischer Zeit' Berolini 1871. Neque vero adhuc quisquam item examinavit, quae Augustorum temporibus de eis memoriae sint tradita [Marquardt, St.-V. III p. 232 adn. 8]. Aetate imperatorum usque ad Aurelianum pontificum condicio publica quae fuerit, hoc loco cum disputaturus sim, cui pontificatus maximus pontificatusque simplex et quomodo sint tributi, quae fuerit dignitas pontificalis, exponam; quae fuerint pontificum officia ac munera, omittam. Deinde promagistrum, denique minores pontifices in similem quaestionem vocabo.

Materiam suppeditari mihi arbitror ad singulas controversias disceptandas etiam illis testimoniis, quae de augurato quindecimviratu septemviratu scriptores rerum, quippe a quibus perraro fiat mentio sacerdotiorum singulorum, tituli nummi afferunt: dilucide enim intellegitur temporibus cum reipublicae tum Augustorum haec quattuor amplissima collegia externa specie (id est statu publico) sibi ita esse aequata, ut, quae ad unum ex eis pertineant, recte referri possint ad tria reliqua.

Quaestioni et pontificum et pontificum minorum fastos praemitto seiunctos et servato temporis ordine compositos, quoad eius facere potui: persaepe enim difficillimum est cognoscere, quo quisque anno ad pontificatum pervenerit. Cum mihi satis sit

fastis illustrare, quo quisque loco cursus honorum pontifex factus sit, quae sacerdotia praeter pontificatum et quo ordine acceperit, testimonia ad has quaestiones pertinentia collegi cuncta. Ceteros honores pontificum non adnumeravi, adnotavi breviter, unde notitia vitae eorum facile posset hauriri.

Consulum anni comprobantur Iosephi Klein fastis consularibus.¹⁾

¹⁾ I. Klein 'Fasti consulares inde a Caesaris necē usque ad imperium Diocletiani' Lipsiae 1881.



Caput I.

Fasti pontificum maximorum et pontificum inde ab Augusto usque ad Aurelianum.²⁾

1. IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.

Natus est d. VIII K. Oct. a. u. c. 691 [Suet. Aug. 5; Orelli 1104. 2489; C. J. L. VI 2025. 2028. p. 625. 627]. Togam virilem sumpsit d. XV K. Nov. a. 706 [Suet. Aug. 8; C. J. L. I p. 329. 404; Mommsen in 'Herm'. XVII p. 639; Henzen 5359].

²⁾ Hi fasti excipiunt Caroli Bardt tabulam pontificum p. 17. Fasti compositi ab Augusto Bouché-Leclercq 'Les pontifes de l'ancienne Rome, étude historique sur les institutions religieuses de Rome' Lutetiae Parisiorum 1871 p. 427 sqq. mihi in hac quaestione fuerunt nulli adiumento. — Apud Suetonium Caes. 13 *pontifex* legitur pro *pontifex maximus*; Serv. ad Vergil. Aen. III 80. In inscriptionibus nummisque interdum vox *maximi* per errorem ommissa est [C. J. L. VI 1074: L. Septimi Severi... *pontificis et Parthici maximi*]; Tac. ann. III 58 *summum pontificum*. — Graece apud scriptores in titulisque cum *ἀρχιερέως* (*ἀρχιερωσύνη*) tum *ἀρχιερέως μέγιστος* (App. bell. civ. V 131: ἡ μέγιστη ἱερωσύνη) promiscue tam saepe legitur, ut exemplis opus non sit. Zosim. IV 36 (ed. L. Mendelssohn): εἰ μὴ βούλεται ποντίφειξ ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γενήσεται ποντίφειξ μάλιστα. Mon. Ancy. (ed. Th. Mommsen Berolini 1883) p. 32 et p. 221. — Raro dicitur *pontifex p. (opuli) R(omani)* [C. J. L. XIV 2802; cf. Fast. 11; Willems 'Le sénat de la république romaine' Lutetiae Parisiorum 1878 I p. 481; C. J. L. VI 2125=XIV 2413: *fictori pontificum p. R.*; Orelli 643: *pontif. minor publicorum p. R. sacrorum*] aequae atque *augur p. R. Quiritium* [C. J. L. VI 1449. 1723; Wilmanns, Ind. p. 481; Henzen, Ind. p. 45]. *Pontifex* [C. J. L. V 861. XIV 3618]. Ποντίφειξ [C. J. Gr. 4033. 4034. 4154. 4351; Ἐφημ. ἀρχαιολ. 1885 p. 152. Waddington, Fast. 127; C. J. L. VI 3836. Eodem vocabulo rerum scriptores velut Dio Zosimus Zonaras utuntur. In monumento Ancyrano [p. LXXXIV 30. 31] *pontifices* translatum est verbis τοὺς ἱερεῖς; Dio LI 19; App. bell. civ. II 106. Fieri posse mihi videtur, ut Dionis ἀρχιερεῖς [LXXIV 5] et Arnobii *pontifices maximi* [IV 35] nihil aliud significant nisi pontifices solos, et Appianus verbis τῆς μέγιστης ἱερωσύνης ἐς τοὺς ἱερεῖς ἐγγραφήναι [bell. civ. V 72] S. Pompeium pontificem factum esse indicaverit.

Pontifex (C. OCTAVIUS C. F.) aut iam fine anni 706 [Bardt l. c. p. 16 n. 81] aut a. 707 cooptatus est, cum Caesar Romae adesset [Dio XLII 51; Drumann, *Gesch. Roms* IV p. 249]. Quaestorius factus est a senatu cum ornamentis consularibus mense Ianuario a. 711 [Mommsen in 'Mon. Ancy.' p. 3; St.-R. I p. 458]. Pontifex maximus creatus est a. 742 pridie Non. Mart. [Mommsen in 'Mon. Ancy.' p. 45; Mercklin 'Die Cooptation der Römer' Mit. et Lips. 1848 p. 149 sqq.]. Augur secundum Theodorum Mommsen a. 713 vel 714 electus est. Sed nummi [Cohen *Caes. et Octav.* 2. Anton. et Octav. 3; *Zeitschr. f. Numismat.* (edit. ab A. v. Sallet) V p. 235 n. 14. v. Sallet l. c. IV p. 139] comprobare videntur eum iam a. 711, postquam inter quaestorios adlectus esset [Cic. *Philipp.* V 17, 46] (fortasse post consulatum mense Augusto susceptum [C. J. L. V 4306]) augurem esse cooptatum (fortasse in Caesaris locum [Drumann l. c. IV p. 250]). Quod vox auguris et insignia auguratus a monetariis Antonii interdum sunt neglecta, id non refragari puto: conferas Lepidi nummos [Cohen *Lep. et Octav.* 1. 2; Kgl. Münzkab. 962], in quibus pontificatus nire est omissus. Quindecimvir sacris faciundis cooptatus est inter a. 717 et a. 720 ex Theodori Mommsen sententia: verum innotuerant nummi a. 722 cusi [Cohen *Ant. et Octav.* 91. 337 (128)], in quibus instrumenta pontificalia et auguralia sunt incisa, alique eiusdem anni [l. c. 88. 111 (= Méd. consul. pl. XXI Iulia 29. 30)], qui tripodem quindecimviralem praebent. Septemvir epulonum ante a. 738. Ad Octavianum aut ad Caesarem [Plin. *N. H.* XIV 97] pertinere censeo verba *VII. cir. epul. creatus* [C. J. L. I p. 383; Borghesi opp. I p. 353] propter verbum creandi, quod spectat ad comitia [Mommsen, *St.-R.* II p. 27 sq.]. Haece quattuor summa sacerdotia Octaviano sunt attributa: Cohen 347. 348 (= Méd. cons. pl. III Antestia 9. 10); C. J. L. V 6416. VI 875; Becker-Marquardt, *Handb.* IV p. 167 adn. 993. Praeterea fetialis (iam a. 722), sodalis Titius, frater Arvalis fuit. De omnibus sacerdotiis Mercklin l. c. p. 152 sqq. et Mommsen in 'Mon. Ancy.' p. 32 sqq. disseruerunt.

Mortuus est a. 14 d. XIV K. Sept. [Suet. *Aug.* 100].

Homo patricius [Suet. *Aug.* 1. 2. 10; Vell. *Pat.* II 59].

2. L. CORNELIUS P. F. BALBUS cos. suff. a. 722.

Non in Hispania ex cive natus, sed Hispanus (Gadibus ortus) [Vell. *Pat.* II 51; Tac. *ann.* XI 24. XII 60; Plin. *N. H.* V 36].

Una cum patruo, qui consulatum a. 714 gessit, a Pompeio a. 682 civitatem Romanam accepit.

A. 710 et 711 quaestor Asinii Pollionis. Pontifex [Vell. Pat. II 51] post Ciceronis mortem (a. 711) videtur electus esse, cum hic cum nomine *minoris*, nunquam pontificis a patruo distinguat. In nummo aeneo Gadium insculpta sunt verba *Balbus pont.* et instrumenta pontificalia [Eckhel I p. 20. IV p. 254].

Vixit etiam tum a. 741 [Suet. Aug. 29; Plin. N. H. XXXVI 7; Dio LIV 25].

Homo plebeius [Drumann l. c. II p. 594. 608 sqq.; Teuffel, Gesch. d. Röm. Lit. p. 399 n. 4].³⁾

3. M. CLAUDIUS C. F. MARCELLUS.

Natus est circa a. 711 [Prop. IV 17 ed. L. Müller], Octaviani et sororis filius et gener [Schiller l. c. I p. 183].

Pontificatu [Tac. ann. I 3] circa a. 730 honoratus est, cum ei senatus concessit *βουλεύειν ἐν τοῖς ἐστρατηγηκόσι καὶ τῇν ὀπατείαν δέκα θάκτον ἔτεσιν ἕπερ ἐνενομίστο αὐτῆσαι* [Dio LIII 28]. Aedilis curulis a. 731 [Dio l. c. et 26. 31].

Mortuus est eodem anno [Plin. N. H. XIX 24; Dio LIII 33; Serv. ad Verg. Aen. VI 861].

Homo plebeius [Drumann l. c. II p. 402; Mommsen, St.-R. I p. 556 adn. 1].

4. TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.

Natus est a. 712 d. XVI K. Dec. [Suet. Tib. 5; Henzen, Arv. p. 171].

Quaestor a. 731 [Mommsen, St.-R. I p. 576 adn. 3]. Pontifex (TI. CLAUDIUS TI. F. NERO) fortasse a. 731 factus est in Marcelli locum (cf. *simpulum*, quod praebet nummus Gadibus

³⁾ S. POMPEIUS CN. F. MAGNUS homo plebeius, natus a. 679, interfectus a. 719, utrum pontificatum [App. bell. civ. V 72; Mommsen, Röm. Forschg. I p. 87] an auguratum [Dio XLVIII 36; Cic. Philipp. XIII 12; Drumann l. c. I p. 430; Schiller, Gesch. der röm. Kaiserz. I p. 95] a. 715 acceperit et a. 717 amiserit [Dio XLVIII 54; Zonar. X 24; Eckhel VI p. 32 sq.], non satis apparet. — M. TULLIUS M. F. CICERO eos. suff. a. 724 quo iure a Carolo Drumann [l. c. VI p. 718; App. bell. civ. IV 51 *ἰσρέα...* ἀπέφυγε; Cic. ad Brut. I 5; Bardt l. c. p. 16 n. 83] augur sit nominatus, nescio.

Baeticae signatus: Eckhel VI p. 184), certo iam est inter pontifices a. 738 [Eph. epigr. II 325; C. J. L. VI 385 (a. 747)]. Pontifex maximus creatus est a. 15 d. VI Id. Mart. [C. J. L. I p. 314. 322. 388. VI 2298; Orelli 686; Clinton, Fast. Rom. ad. a. 15]. Augur fortasse in L. Caesaris locum demortui a. 2 d. XIII K. Sept. aut post adoptionem factam ab Octaviano a. 4 [Schiller l. c. I p. 189];⁴⁾ nam nominatur augur a. 4 [Eckhel VI p. 184; C. J. L. V 6416 a. 7/8], deest hoc sacerdotium in titulo C. J. L. IX 2443 scripto inter a. 752/3 et a. 757; Cohen 27; Kgl. Münzkab. 979. (a. 10.). Ad quindecimviratum et septemviratum quando post a. 7 pervenerit, non satis liquet [Orelli II p. 408; cf. quae ad Octaviani septemviratum adscripsi], fortasse a. 15 in locos Augusti.⁵⁾ Haec quattuor sacerdotia coniuncta inveni: C. J. L. II 2062 (a. 26/27). VI 903 (a. 36/37). X 8088 (a. 32/33). Frater Arvalis iam a. 14 pridie Id. Mai. [C. J. L. VI 2023]. Sodalis Augustalis a. 14 [Tac. ann. I 54].

Mortuus est d. XVII K. Apr. a. 37 [Tac. ann. VI 50; Suet. Tib. 73; Dio LVIII 28; Henzen, Arv. p. 63; Clinton, Fast. Rom. ad a. 37].

Homo patricius [Suet. Tib. 1].

5. C. ANTISTIUS C. F. VETUS cos. a. 748.

Pontifex iam a. 748 [Vell. Pat. II 43].

Cum Velleius Patereulus historiarum Romanarum libros scriberet (a. 30), etiam tum Antistius videtur vixisse [Waddington, Fast. 63].

⁴⁾ Germanicus enim natus iam a. 738 aut initio a. 739 [Wilmanns 880 adn. 11] a. 7/8 augur nondum fuit [C. J. L. V 6416].

⁵⁾ Cum esset lex, ut ex pontificum numero crearetur pontifex maximus, imperatores ei, qui aut Caesares aut privati homines hoc sacerdotio ornati non erant, prius adscribebantur pontificibus succedentes in locum principis vita modo functi, tum honorabantur pontificatu maximo. Eodem fere die quo pontificatum accipiebant reliqua sacerdotia, quae eis deerant, item substituti pro Augusto mortuo. [Henzen, Arv. p. CCVI adn. 15 et p. 67]. Itaque ne iterum ac saepius idem repetam, de eis sacerdotum collegiis, in quae imperatores secundum hunc usum post principatum acceptum cooptabantur, verba faciam nulla (cf. adn. 15).

⁶⁾ P. QUINCTILIUS S. F. VARUS, homo patricius, affinitate cum domo imperatoria coniunctus cos. a. 741 num fuerit pontifex valde est incertum [C. J. L. VI 386; Mon. Aneyr. p. 166].

~ Homo plebeius [Drumann l. c. I p. 53 sqq.; Suet. Caes. 23; Tac. ann. XIII 28].

Filius eius fuit pontifex [Fast. II].

6. C. CAESAR AUGUSTI F. cos. a. 1.

Natus est M. Vipsanii Agrippae filius a. 734.

Cos. des. (in annum 1), princeps iuventutis, pontifex [Dio LV 9] post K. Ian. a. 749 sumpta toga virili [C. J. L. II 3828. V 6416. 6835. VI 897. 899. 3748. IX 3078. 3343. X1115. 1621; Cohen Oct. Aug. 42. 43; Zeitschr. f. Numismat. (edit. ab A. v. Sallet) XIII p. 102 sqq.].⁷⁾

Mortuus est a. 4 d. VIII K. Mart. [C. J. L. XIV 2801].

Homo patricius [Mon. Ancyr. p. 51 sqq; Eckhel VI p. 169 sqq.].

7. DRUSUS IULIUS TI. AUG. F. CAESAR cos. a. 15 et a. 21.

Natus est a. 739 Non. Oct. [C. J. L. I p. 403].

Pontifex iam a. 7/8 [C. J. L. V 6416; Notizie degli scavi 1887 p. 113] fortasse in locum C. Caesaris. Quaestor a. 11 [Dio LVI 17. 25]. Sodalis Augustalis a. 14 [Tac. ann. I 54]. Frater Arvalis cooptatus est pridie Id. Mai. a. 14. Augur iam a. 21 [Orelli 660. 661; Wilmanns 885], fortasse a. 19 in Germanici locum [Eckhel VI p. 205; cf. Fast. 13]. Alia sacerdotia habuisse non videtur: Nam et quindecimvir [Hübner ad C. J. L. II 2338; Wilmanns 885 adn. 5. 888 adn. 1; Mommsen, St.-R. II p. 1167 adn. 2] a plebe urbana certo esset nominatus [C. J. L. VI 910] et flamonium Augustale [Orelli 211; Eph. epigr. III p. 222 adn. 4; Nipperdey ad Tac. ann. I 54 et II 83] in eadem inscriptione urbana aequae atque in titulis C. J. L. VI 887 et 909 (cf. 913) sodalitatem de loco demoturum fuisse, non hanc illud est verisimile; quamquam cur plebs in Germanici et Drusi tabulis honorariis sacerdotium Arvale silentio praeterierit, nescio. Neque vero municipalium et provincialium inscriptionum fides tam certa est, ut de ea dubitari non possit [C. J. L. II 2040. 2338. V 4954. IX 35. X 4573. 4617. 4638].

⁷⁾ Simpulum vel capeduncula est pontificale insigne Gai, lituus cum Lucii fratris augurato convenit [C. J. L. VI 898]. Per errorem Gaio attributus est auguratus: C. J. L. II 2422; Wilmanns 880 n. 11 a. De Lucio Caesare pontifice maximo: Orelli 2148; Reinesius p. 445.

Nummi solum insigne pontificale praebent [Cohen Liv. 1. Drus. 1—4. Drus. et Tib. 1. 2].

Occisus est a. 23 [Schiller l. c. I p. 294].

Homo patricius.⁸⁾

8. L. CALPURNIUS L. F. PISO FRUGI cos. a. 739.

Pontifex factus est ante a. 14 [C. J. L. VI 2023. 1445; Eph. epigr. I p. 146 et 149 adn. 1; Tac. ann. VI 10]. Frater Arvalis a. 14 adest in collegio.

A. 32 praefectus urbis octoginta annos natus de vita decessit [Henzen, Arv. p. 180; Borghesi opp. V p. 567].

Homo plebeius [Drumaun l. c. II p. 59. 80].

Filius fuit pontifex [Fast. 14].

9. M. SCRIBONIUS M. F. LIBO DRUSUS.

Iam a. 14 pontifex [Suet. Tib. 25].

Se interfecit Id. Sept. a. 16 praetor [Tac. ann. II 27—32; Senec. ep. VIII 1; Dio LVII 15; Eph. epigr. I p. 146; Borghesi opp. V p. 301 sqq.; Haakh in 'Real-Encyclop.' (edit. ab A. Pauly) VI p. 882 n. 19].

Homo plebeius.

10. T. STATILIUS T. F. SISENNA TAURUS cos. a. 16.

Pontifex [C. J. L. V 332. 878].

Eius mentio postrema fit circa a. 30 [Vell. Pat. II 14].

Homo plebeius. De familia: Vell. Pat. II 127; Borghesi opp. II p. 325. V p. 529; C. J. L. VI p. 994 sqq.

11. L. ANTISTIUS C. F. VETUS cos. suff. a. 26.

De consulatu: Nipperdey ad Tac. ann. IV 1 et VI 40; Henzen, Scavi p. 97.

Fuit pontifex X vir stl. iud. quaestor [C. J. L. XIV 2802; Vell. Pat. II 43; Nipperdey op. p. 532].

Homo plebeius (non recte iudicavit Mommsen St.-R. I p. 555 adn. 3).

Paater fuit pontifex [Fast. 5].

⁸⁾ GERMANICUM CAESAREM TI. AUGUSTI F. pontificibus adnumerandum non esse, quippe quod augur fuerit, Mommsen recte ostendit [C. J. L. V 4308. X 513. VI 909. XIV 3942; Wilmanns 885; Eckhel VI p. 208 sqq.].

12. P. CORNELIUS P. F. LENTULUS SCIPIO cos. suff. a. 24.

De consulatus tempore: Borghesi opp. VI p. 47; Henzen, Arv. p. 184; Nipperdey ad Tac. ann. III 74.

Pontifex et fetialis (fortasse propter merita bellica paullo ante consulatum) nescio quo anno factus sit [C. J. L. V 4329; Orelli 2275; Wilmanns 1128].

Commemoratur a. 52 a Tacito [ann. XII 53].

Homo patricius.

13. DRUSUS CAESAR GERMANICI CAESARIS F.

Natus est fortasse a. 7 [Wilmanns 880 n. 17].

Toga virili sumpta a. 23 senatui commendatus est a Tiberio postulante, *ut munere capessendi vigintiviratus solveretur et quinquennio maturius quam per leges quaesturam peteret* [Tac. ann. IV 4. III 29]. Assentior Carolo Nipperdey, qui Tacitum pontificatum Neroni maiori natu filio Germanici a. 20 per errorem attribuisse dicit [Eckhel VI p. 216]; neque enim titulus Neronis adhuc inventus est, cui inscriptus sit pontificatus, neque nummi eius insignia sacerdotalia praebent. Equidem puto hoc modo Germanici sacerdotia distributa esse, ut Drusus Tiberii filius auguratum susciperet (cf. Fast. 7) et Nero a. 20 patri demortuo succederet flamen Augustalis, sodalis Augustalis, frater Arvalis [C. J. L. VI 909. 2023. 887. 913; Tac. ann. I 54. II 83 cum Caroli Nipperdey adnotationibus; Eph. epig. III p. 76. 207] indutus toga virili [VII Id. Iun. C. J. L. XIV 244], tum Drusus Germanici filiorum alter, cum a. 23 ipse et frater a Tiberio senatui traderentur [Tac. ann. IV 8; Suet. Tib. 54], non anni principio postquam togam virilem sumpsisset, in locos Drusi Tiberii filii morte vacantes pontifex augur sodalis Augustalis cooptaretur [Tac. ann. III 29: *Additur pontificatus*; C. J. L. III 380; Suet. Gai. 12; Orelli 667; Tac. ann. II 83: *neve quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur*; IV 9 *memoriae Drusi eadem, quae in Germanicum, decernuntur*]. Quae sententia si est recta, sodalium Augustalium collegio novam decuriam (XXVI) Tiberius non in honorem Drusi Germanici filii adiecit [Dessau in 'Eph. epigr.' III p. 76. 207; C. J. L. VI 1984; Mommsen, St.-R. II p. 1110 adn. 4]. A. 31 paullo ante Seiani mortem pontificale augurale Augustale sacerdotia ab eo videntur esse abiudicata [Suet. Gai. 12. Tib. 54; Dio LVIII 7. 8. cf. Fast. 18].

Occisus est a. 33 [Tac. ann. VI 23—25; Dio LVIII 22].
Homo patricius.

14. M. LICINIUS M. F. CRASSUS FRUGI cos. a. 27.

Pontifex praetor urbanus (suff. a. 24 [Henzen, Arv. p. CCXLIV]) consul legatus Ti. Claudii Caesaris Augusti in Mauretania [C. J. L. VI 1445; Eph. epigr. I p. 146 sqq.; Notizie degli scavi 1884 p. 383; Henzen in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 9 sqq.]. Bis imperatoris Claudii temporibus ornamenta triumphalia adeptus est [Suet. Claud. 17].

Interfectus est ab imperatore Claudio a. 47 [Senec. Div. Claud. ἀποκολοκόντ. 11; Nipperdey ad Tac. ann. IV 62; Henzen, Arv. p. 190].

Homo plebeius.

Pater fuit pontifex [Fast. 8], filius pontifex [Fast. 20], nepos fortasse pontifex [Fast. 36].

15. (AQUILLIUS L. F.) REGULUS.

Fuit pontifex s(alius ant sodalis Augustalis)... quaestor Ti. Caesaris.

Homo patricius [C. J. L. VI 2122. III 551].

16. C. RUBELLIUS C. F. BLANDUS.

Cos. suff. ante a. 21, quo anno commemoratur inter consulares [Tac. ann. III 23. 51. VI 27 cum adnotationibus Caroli Nipperdey; Borghesi opp. IV p. 484 adn. 2 et p. 492 eius consulatum primum ad a. 17, tum ad a. 20 rettulit. C. J. L. VI 14221].

Pontifex [C. J. L. XIV 3576] nescio quo anno factus sit. A. 33 [Tac. ann. VI 27] in matrimonium duxit Iuliam Drusi Caesaris filiam.⁹⁾

Superstes fuit Drusillae sorori C. Caesaris mortuae a. 38, cui tabulam marmoream dicavit [Borghesi opp. II p. 141; Henzen, Arv. p. 171].

Homo plebeius, cuius avus Tiburs eques Romanus fuerat.

17. PAULLUS FABIVS PERSICVS cos. a. 34.

Receptus est in collegia pontificum sodalium Augustarium fratrum Arvalium [C. J. L. III 6073; Senec. de benef.

⁹⁾ Fortasse etiam alii ex progenieris Tiberii inter pontifices fuerunt [Tac. ann. VI 45. IV 17].

IV 30]. Num iam a. 21 frater Arvalis fuerit [C. J. L. VI 2023], dubium est; recte nomen eius insertum videtur l. c. 2024 a. 27.

Commemoratur a. 48 ab imperatore Claudio [de Gallor. iure honor.; C. J. L. VI 2035; Henzen, Arv. p. 186; Waddington, Fast. 81: *il était mort, lorsque Sénèque écrivait*].

Homo patricius [Mommsen, Röm. Forsch. I p. 122].

18. C. CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

Natus est pridie K. Sept. a. 12 [Suet. Gai. 8; C. J. L. I p. 400; VI 2298]. Togam virilem sumpsit undevicesimo aetatis anno [Suet. Gai. 10].

Pontificem angurem sodalem Augustalem eum a. 31 Druso fratri successisse puto [Suet. Gai. 12; Dio LVIII 7. 8; ¹⁰ Cohen 12; Eckhel VI p. 220; Mommsen, St.-R. II p. 781 adn. 1; cf. Fast. 13]. Quaestor a. 33 [Dio LVIII 23; Henzen 5396]. Pontifex maximus creatus est a. 37 (fortasse mense Martio), postquam imperator appellatus est d. XV K. Apr. [Dio LIX 3; C. J. L. X 796; nummi multi, quibus inscriptum est *pon. m. tr. p. (s. c.)*; Kgl. Münzk. 984. 986; C. J. L. VI 2028; Henzen, Arv. p. 63]. De reliquis sacerdotiis cf. adn. 5; frater Arvalis [Henzen, Arv. p. 171].

Occisus est d. IX K. Febr. a. 41 [Suet. Gai. 58].

Homo patricius.

19. TI. CLAUDIUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

Natus est a. 744 K. Aug. [Suet. Claud. 2. 10; Dio LX 2. 5].

Augur ab Octaviano factus post a. 8 [Suet. Claud. 4; Cohen 69; C. J. L. V 6416], sodalis Augustalis a. 14 [Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6; Eckhel VI p. 235], sodalis Titius inter a. 14 et a. 37, quo consul fuit; haec tria sacerdotia inveniuntur: C. J. L. III 381. V 24. Sacerdos numinis imperatoris Caligulae Iovis Latiaris a. 40 [Suet. Gai. 22. Claud. 9; Dio LIX 28]. Pontifex maximus (fortasse mense Martio) a. 41 creatus est [C. J. A. III 458; multi nummi praebent *p. m. tr. p. (cos. des. iter. ex s. c.)*; Cohen 33. 40. 41; Kgl. Münzkab. 988. 989; Notizie degli scavi 1887 p. 40].

¹⁰ Quod sacerdotium L. AELIUS SEIANUS una cum filio a. 31 acceperit, ignoro [Mommsen, St.-R. II p. 866 adn. 3].

Mortuus est d. III Id. Oct. a. 54 [Suet. Claud. 45; Dio LX 34].
Homo patricius.

20. CN. POMPEIUS CRASSI F. MAGNUS.

Imperante Caligula *παρθένον* [Dio LX 5; Suet. Gai. 35].

A. 41, quo Antoniam imperatoris Claudii filiam [Suet. Claud. 26. 27] in matrimonium duxit, vigintiviratus munere functus est, tum fuit praefectus urbi feriarum Latinarum et quaestor viginti annos natus [Dio LX 5]; eodem tempore eum honoratum esse pontificatu puto: nam *Notizie degli scavi 1884* p. 393 = *Bull. d. Inst. 1885* p. 9 nominatur pontifex quaestor Ti. Claudii Caesaris Aug. Frater Arvalis postea nescio quo anno cooptatus est [C. J. L. VI 2032].

Occisus est iussu Claudii a. 47 [Henzen, Arv. p. 194; Eph. epigr. I p. 147; Drumann l. c. IV p. 593].

Homo plebeius.

Pater fuit pontifex [Fast. 14].

21. L. VOLUSIUS L. F. SATURNINUS.

Natus est circa annum 25. Pontifex [C. J. L. VI 7393 et p. 1043]. Filius fortasse L. Volusii Saturnini auguris, qui *in urbis praefectura* a. 56 mortuus est [Henzen, Arv. p. 202; Borghesi opp. III p. 313 sqq.; Stevenson in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 26 sq.]. Ante patrem videtur mortem oppetivisse.

Homo plebeius.

22. L. CALPURNIUS L. F. PISO cos. a. 57.

Pontifex [C. J. L. VI 1445; Eph. epigr. I p. 149 adn. 1; Nipperdey ad Tac. ann. XIII 28]. Frater Arvalis adest in collegio a. 57 [C. J. L. VI 2039].

Interfectus est proconsul Africae a. 69 [Henzen, Arv. p. 181; Borghesi opp. IV p. 534 sqq.].

Homo plebeius.

Borghesi [opp. V p. 312 et 568] L. Calpurnium Pisonem Cn. Pisonis et Plancinae filium (consulem a. 27, patrem consulis a. 57 [Henzen, Arv. p. 180]) pontificem fuisse iudicavit, mihi autem annorum intervallum rectius quadrare ad consulem a. 57 videtur.

23. NERO CLAUDIUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

Natus est (L. DOMITIUS CN. F. NERO) d. XVIII K. Ian. anni 38 [Suet. Ner. 6; C. J. L. VI 2041].

A. 50 d. V K. Mart. adoptatus est in patriciam gentem Claudiam [Tac. ann. XII 25; C. J. L. VI 2040; Wilmanns 901: NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS CAESAR] et a. 51 toga virili indutus d. III Non. Mart. in annum 57¹¹⁾ consul designatus [Henzen, Arv. p. 66] — interim proconsulare imperium extra urbem gessit — princeps iuventutis appellatus, d. III Non. Mart. in omnia collegia sacerdotum supra numerum ex senatus consulto cooptatus est [Tac. ann. XII 41. XIII 21; Cohen 311. 312; Eckhel VI p. 260 sqq.; C. J. L. VI 921. 1984. 2040. 2042; Henzen, Arv. p. III et p. 66; Mommsen, St.-R. II p. 781 adn. 1]. Pontifex maximus nescio quanto tempore post imperium d. III Id. Oct. a. 54 susceptum (fortasse mense Martio a. 55) creatus sit: nam et deest pontificatus maximus in nummis inter K. Ian. et duodecimum diem mensis Octobris a. 55 censis [Cohen Agripp. et Ner. 3. 4 (6. 7 a. 54). Ner. 49. 331. 332; C. J. L. II 4719; Wilmanns 902] et iam Augustus appellatus solum pontificis titulum gerit in nummis [Cohen 239. 240 (56. 57)].¹²⁾

Se interfecit d. V Id. Iun. a. 68 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 68].

Homo patricius.

24. SER. GALBA IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.

Natus est (SER. SULPICIUS SER. F. GALBA) d. IX K. Ian. a. 751 [Suet. Galb. 4].

Consul a. 33 et Africae proconsul a. 45 ornamenta triumphalia sacerdotiaque quindecimvirorum sodalium Titiorum sodalium Augustalium accepit [Suet. Galb. 8]. Romae principatum assecutus in reliqua collegia sacerdotum cooptatus et temporis spatio praetermisso (in prioribus

¹¹⁾ Non recte Mommsen de anno 55 cogitavit [Herm. II p. 63. III p. 94 adn. 3; Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1867 p. 258]: huic enim sententiae obstant Taciti verba.

¹²⁾ Mea quidem sententia P. M. in nullo nummo invenitur, qui certo anno 54 attribuitur [Mommsen, St.-R. II p. 1107 adn. 2].

eius et senatus nummis non nominatur pontifex maximus [Cohen 2. 7. 8. 12. 15—22. 24. 25. 27. 48. 61. 63. 67. 98 sqq. 135. 138. 140. 145 sqq. 161. 168. 177 sq. 180. 184. 227] pontifex maximus creatus est (in inscriptionibus occurrit hic titulus d. XI K. Ian. a. 69 [C. J. L. III dipl. 4. 5. X 770. 771. 7891; Eph. epigr. II p. 454]).

Occisus est d. XVIII K. Febr. a. 69 [Tac. hist. I 27. 29 sqq.; Plut. Galb. 24; Dio LXIV 6; Henzen, Arv. p. XCI adn. 6].

Homo patricius [Mommsen, Röm. Forsch. I p. 122; St.-R. II p. 789 adn. 1].

25. IMPERATOR M. OTHO CAESAR AUGUSTUS.

Natus est (M. SALVIUS L. F. OTHO) d. IIII K. Mai. a. 32 [Suet. Oth. 2].

Frater Arvalis iam a. 57 perhibetur [C. J. L. VI 2039. 2045]. Legatus quaestorius post Agrippinae mortem per decem annos Lusitaniam provinciam administravit a. 59—68 [Suet. Oth. 3. 4; Plut. Galb. 20]. Princeps nominatus est d. XVIII K. Febr. a. 69 [Henzen, Arv. p. XCI adn. 6], d. III Non. Mart. omnia sacerdotia [C. J. L. VI p. 499; Henzen, Arv. p. 67] et d. VII Id. Mart. pontificatum maximum accepit [C. J. L. et Henzen ll. cc.; ante hunc diem nummi signati carent titulo pontificis maximi: Cohen 1—5. 14—27].

Se interfecit a. 69 mense Aprili [Eckhel VI p. 300: d. XVI K. Mai.; Henzen, Arv. p. 64: d. XIII K. Mai.; Schiller l. c. I p. 378 adn. 7: d. XVII K. Mai.].

Homo patricius [Suet. Oth. 1; Mommsen, Röm. Forsch. I p. 122; St.-R. II p. 789 adn. 1].

26. VITELLIUS GERMANICUS IMPERATOR.

Natus est (A. VITELLIUS L. F.) VIII K. Oct. aut VII Id. Sept. a. 15 [Suet. Vitell. 3].

Ab imperatoribus Gaio, Claudio, Nerone *honoribus* (consulatu a. 48) et *sacerdotiis amplissimis* (frater Arvalis adest in collegio a. 57 [C. J. L. VI 2039]; de quindecimviratu: Cohen 110. 111; iam hominem privatum quindecimviris eum adscriptum esse putat Eckhel [VI p. 317] atque iussisse feriri hos nummos iactandi prioris sacerdotii causa; Mommsen, St.-R. II p. 781; at cf. *ibid.* p. 1103 sq.) *auctus* est, antequam proconsule Africae praesset a. 60 [Suet. Vitell. 5; Tac. hist. III

86; Henzen, Arv. p. 201]. Post diem imperii XIII K. Mai a. 69 [C. J. L. VI p. 499; Henzen, Arv. p. 64] reliqua sacerdotia et pontificatum maximum [Cohen 71. 72] ante diem XV K. Aug. suscepit; nam hoc die iam *maximum pontificatum adeptus . . . de caerimoniis publicis edixit* [Suet. Vitell. 11; Tac. hist. II 91; Eckhel VI p. 316]; itaque in nummis aureis argenteis aeneis ante hunc diem excusis deest pontificatus maximus [Cohen 17—21. 41—47. 54. 85. 86. 108. 117].

Ultimis diebus mensis Decembris a. 69 occisus est [Schiller l. c. I p. 398; Peter, Zeittaf. ad a. 69].

Homo patricius [Mommsen, St.-R. II p. 789 adn. 1].

27. TI. PLAUTIUS M. F. SILVANUS AELIANUS

cos. snff. I a. 45, II a. 74.

A. 70 d. XI K. Iul. cum praetor deos precaretur in Capitolio restituendo, praeiit pontifex sollemnia verba [Tac. hist. IV 53]. Idem fuit sodalis Augustalis [C. J. L. XIV 3608; Wilmanns 1145; Borghesi opp. III p. 329 sq.].

Mortuus est ante Vespasianum [Lebas, part. V 660 a; Waddington, Fast. 85; Wilmanns l. c.].

Patricius ut videtur homo, quamquam *lectus inter patricios* (sic frater dicitur) non nominatur [C. J. L. XIV 3605—3608; Mommsen, St.-R. I p. 555 adn. 3; Nipperdey op. p. 532].

28. IMPERATOR CAESAR VESPASIANUS AUGUSTUS.

Natus est (T. FLAVIUS VESPASIANUS) d. XV K. Dec. a. 9 [Suet. Vesp. 2; C. J. L. I p. 379].

Aedilis a. 39 [Dio LIX 12], legatus legionis in Britanniam missus a. 43 [Dio LX 20], *triumphalia ornamenta* a. 47 [Dio LX 30] *et in brevi spatio duplex sacerdotium accepit* [Suet. Vesp. 4; de auguratu: Cohen 36—45; Eckhel VI p. 331 (316): *volebat Vespasianus iactare decus sibi adhuc privato delatum*; Borghesi opp. III p. 429; Pick, Zur Titulatur der Flavier in 'Zeitschr. f. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) XIII p. 228 adn. 2. XIV p. 355; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3. p. 1104 adn. 1]. Consul suffectus a. 51. Ultimis anni 69 diebus a senatu imperator appellatus [Tac. hist. IV 3; Suet. Vesp. 12; Dio LXVI 1; Mommsen, St.-R. II p. 875 adn. 3] fortasse mense Martio a. 70 post Nonas, quo die pon-

tifex maximus nondum nominatur [C. J. L. III dipl. 6 p. 849 et 904. X 1402; deest summum sacerdotium in nummis priore parte a. 70 signatis (Cohen 66. 80. 81 sqq. 185. 209. 278. 43; de 391. 392; Eckhel VI p. 321; Pick l. c. XIV p. 359. XIII p. 228 adn. 2; C. J. L. X 1402)], pontifex maximus est creatus [Cohen 358. 379. 380. 385. 386. 389. 390; Pick l. c. XIV p. 358 sq.; cf. nummos, quibus litterae *p. m. tr. p. cos. II (des. III) (s. c.)* incisae sunt: 186. 406. 416. 424. 513. 518. 523 (439. 510); C. J. L. X 8005. III dipl. 7; Eph. epigr. II p. 457 Non. April. a. 71], cum Roma abesset [Schiller l. c. I p. 500 adn. 2; Clinton, Fast. Rom. ad a. 70].

Decessit de vita d. IX K. Iul. a. 79 [Suet. Vespas. 24; Dio LXVI 17].

Homo plebeius a. 69 inter patricios est adlectus.

29. IMPERATOR TITUS CAESAR VESPASIANUS AUGUSTUS.

Natus d. III K. Ian. a. 41 [Suet. Tit. 2. 11; Clinton, Fast. Rom. ad a. 41].

Consul a. 70. Sacerdos omnium collegiorum (TITUS CAESAR AUG. F. VESPASIANUS) cooptatus est a. 71 [C. J. L. VI 1984; Eph. epigr. IV 779; Pick l. c. XIII p. 209: *duobus primis anni mensibus*; C. J. L. VI 2057, 2; ex quo tempore in inscriptionibus nummisque saepissime pontificatus commemoratur. De auguratu: Cohen 21—24; Eckhel VI p. 317. 331; Pick l. c. XIII p. 228 adn. 2; de quindecimviratu: Cohen 320—323; Borghesi opp. I p. 345], cum Romam venisset. Pontificatus maximus a. 79 post K. Iul. ei delatus est imperium post patris obitum adeptus: neque enim prius occurrit nobis in titulis nummisque nisi coniunctus cum tribunicia potestate nona, quae incipit a K. Iul. a. 79 [Wilmanns 918; C. J. L. VI 942. 1246], et consulatu septimo [Cohen 153—155. 157. 158. 171. 172. 206. 267 sqq.; Pick l. c. XIV p. 365 sqq.; Suet. Tit. 9].

Mortuus est a. 81 Id. Sept. [Suet. Tit. 11].

Homo patricius.

30. IMPERATOR CAESAR DOMITIANUS AUGUSTUS.

Natus est d. IX K. Nov. a. 51 [Suet. Domit. 1. 17; Vespas. 4].

Caesar praetor urbanus consulari potestate a. 70 [Suet. Domit. 1; Tac. hist. IV 3. 39; Dio LXVI 1]. Consul suffectus a. 71. Sacerdos omnium collegiorum a. 73 (CAESAR AUG. F. DOMITIANUS) [C. J. L. VI 932=Wilmanns 918; C. J. L. VIII 10116. 10119. IX 4955; Cohen Tit. 26; Pick l. c. XIII p. 273; in nummis persaepe solum *pontifex* invenitur. De auguratu: Cohen 22; Pick l. c. XIII p. 228 adn. 2; de quindecimviratu: Cohen 546. 552. 594; Borghesi opp. I p. 345; C. J. L. I p. 442; Marquardt, St.-V. III p. 382; de sacerdotio Arvali: C. J. L. VI 2054 (a. 75 adest in collegio); Stobbe in 'Philolog'. XXXI p. 285 sq.]. Post diem imperii XVIII K. Oct. [C. J. L. VI 2060] a. 81 pontificatus maximus ei decretus est [C. J. L. III 312; Wilmanns 924 adn. 2; Eckhel VI p. 395; Cohen 551—554, quos nummos per errorem anno 80 attribuit. Cf. 56—59. 370—372, in quibus a. 81 signatis imperator Domitianus Augustus solum *pontifex* nominatur, et cf. 54. 55. 555 sqq., unde intellegitur eum a. 81 pontificis maximi titulum gessisse].

A. 96 d. XIV K. Oct. occisus est [Suet. Domit. 17].

Homo patricius.

31. C. CALPETANUS RANTIUS QUIRINALIS VALERIUS

P. F. FESTUS cos. suff. a. 71.

Post praeturam circa a. 68 sodalis Augustalis, inter a. 72 et a. 77 pontifex factus est [C. J. L. V 531 = Wilmanns 1147; C. J. L. VI 1238; Mommsen, Ind. Plin. p. 427].

Homo plebeius.

32. CN. IULIUS AGRICOLA cos. suff. a. 77.

Natus est in colonia Foroiuliensium a. 40 Id. Iun. [Urlichs, De vita et honoribus Agricolae p. 9; Clinton, Fast. Rom. ad a. 93. Id. Iul. a. 37].

Inter patricios adlectus a. 74 [Tac. Agr. 9. ibid. 4: *utrumque avum procuratorem Caesarum habuit... pater illi... senatorii ordinis*] Britanniae praepositus est legatus Augusti pro praetore [*ἀναστράτηγος* Dio XXXIX 50] a. 78 *adiecto pontificatus sacerdotio* [Urlichs l. c. p. 25].

Mortuus est a. 93 d. X K. Sept. [Nipperdey op. p. 511; Mommsen, St.-R. I p. 575 adn. 1].

33. (L.) HELVIUS AGRIPPA.

Pontifex mortuus est a. 83 [Dio LXVII 3]. Fortasse is est, qui a. 68 Sardiniam proconsule administravit [Mommsen in 'Herm.' II p. 102. III p. 62 adn. 3; Klein, Verw.-Beamt. I p. 256].

Homo plebeius (ex Baetica provincia oriundus) [C. J. L. II 1184. 1262].

34. M. LOLLIUS D. F. PAULLINUS VALERIUS ASIATICUS SATURNINUS cos. suff. a. 93.

III vir a. a. f. f. salius Collinus pontifex quaestor [C. J. L. XIV 4240; Haakh in 'Real-Encycl.' (edit. ab A. Pauly) VI p. 2362 n. 127].

Homo patricius.

35. C. OCTAVIUS TIDIUS TOSSIANUS IAVOLENUS PRISCUS.

De praenomine cf. Theodorum Mommsen in 'Eph. epigr.' V p. 655 sq.

Clarus ille scholae Sabinianae iuris consultus imperantibus Traiano et Hadriano natus est ante a. 60 [Mommsen, Ind. Plin. p. 413]. De tempore, quo consulatum [Tissot 'Fastes de la province romaine d' Afrique' Lutetiae Parisiorum 1885 p. 87: *avant 111*] et pontificatum (a. 102 fuit pontifex [C. J. L. VI 2184. 2185]) acceperit, nihil constat.

Videtur mortuus esse ante a. 138 [C. J. L. III 2864. addit. p. 1062; Tenffel l. c. p. 795 n. 3; Pernice, Labeo I p. 69; Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I p. 697].

Homo plebeius.

36. C. CALPURNIUS CRASSUS FRUGI LICINIANUS

fortasse cos. suff. a. 87.

Nominatur *consul pontifex* [Notizie degli scavi 1884 p. 394; Stevenson in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 23 sqq.]. Sub Hadriano necatus est [vit. Hadr. 5; Henzen, Arv. p. 180; Mommsen in 'Eph. epigr.' 1872 p. 149].

Fortasse fuit nepos M. Licinii Crassi Frugi pontificis (cf. Fast. 14 ['Bull.' l. c. p. 25]).

37. IMPERATOR NERVA CAESAR AUGUSTUS.

Natus est (M. COCCEIUS M. F. NERVA) a. 32 [Dio LXVIII 4; Eutrop. VIII 1; Eckhel VI p. 403; C. J. L. I p. 379: d. VI Id. Nov.; Giesen 'De imperatoris M. Coccei Nervae vita' Bonnae 1865 p. 4: die XVI m. Martii].

Homo privatus salius Palatinus, quaestor urbanus, praetor (designatus a. 65 [Tac. ann. XV 72]), sodalis Augustalis, augur, consul I a. 71, II a. 90 factus est [Henzen 5435. Arv. p. 182; Borghesi opp. V p. 29]. Imperium suscepit d. XIV K. Oct. a. 96. Eius in omnia sacerdotia cooptationem describunt nummi a. 96 et 97 memoriae causa signati [Cohen 41. 47—51. 84. 105. Plotin. 9; Kgl. Münzkab. 1006; Borghesi opp. III p. 428 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3]. Pontifex maximus (deest pontificatus maximus in nummo Cohen 104) nominatur d. VI Id. Oct. a. 96 [C. J. L. III dipl. 18. X 7890].

Mortuus est d. VI K. Febr. a. 98 [Dio LXVIII 4; Dierauer in 'Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte' (edit. a M. Büdinger) I p. 27 adn. 3; Clinton, Fast. Rom. ad a. 98; Borghesi opp. IV p. 123].¹³⁾

Homo patricius.

38. IMPERATOR CAESAR NERVA TRAIANUS AUGUSTUS.

Natus est (M. ULPIUS M. F. TRAIANUS) d. XIV K. Oct. a. 53 [C. J. L. I p. 379 et 402; Eckhel VI p. 411; Dierauer l. c. p. 9].

Consul a. 91. Postquam a Nerva mense Octobri (aut Novembri) anni 97 adoptatus, Caesar appellatus, consors imperii adsumptus est [Plin. panegy. 8. 9], num idem absens in collegia adscitus sit, certo non constat; verendum enim est, ne nummus: *Nerva. Traian. Caes. Germ. Ner. Aug. F. P(ontifex) Tr. P. Cos.* (—*Adoptio.*) non genuinus sit [Eckhel VI p. 412]. Imperator factus iam d. X K. Mart. a. 98 [C. J. L. III dipl. 19] titulum

¹³⁾ T. MÜSTIUS C. F. HOSTILIUS FABRICIUS MEDULLA AUGURINUS inter tribunicios ab imperatore Nerva adlectus pontifex Patavii, non Romae videtur fuisse: id quod colligo ex loco, quem pontificatus in inscriptione occupat [C. J. L. V 2822. p. 268; Wilmanns 2128; Borghesi opp. VII p. 267 sqq.; Bloch 'De decretis functorum magistratuum ornamentis' Lutetiae Parisiorum 1883 p. 122 et p. 143].

pontificis maximi gessit, cum Romam nondum venisset [Cohen 337. 347. 362].

Mortuus est mense Augusto anni 117 (ante diem III Id. Aug. [vit. Hadr. 4; Clinton, Fast. Rom. ad a. 117; Schiller l. c. I p. 562 adn. 4]).

Patricius a patre [Dierauer l. c. p. 5 adn. 4].

39. Q. POMPONIUS Q. F. RUFUS.

Administravit legatus Augusti pro praetore provincias Dalmatiam a. 93 [C. J. L. III dipl. 16] et Moesiam inferiorem a. 99 [C. J. L. III dipl. 20], postea Africam, siquidem Lepti tabula est inventa [C. J. L. VIII 13; Orelli 802]. Fuit pontifex et so(dalis Augustalis?). Titulos: C. J. L. IX 2161 et 2189 qua de causa Mommsen in iudice hominibus ordinis non senatorii attribuerit, ignoro: fortasse pertinent ad eundem. Anni sacerdotiorum et consulatus adhuc sunt ignoti.

Si Q. Pomponius Rufus praefectus alae Gemellianae a. 64 [C. J. L. III dipl. 3] recte putatur pater pontificis esse, filius lato clavo donatus videtur esse [Borghesi opp. V p. 524 sq.; Mommsen, Ind. Plin. p. 422].

Homo plebeius?

40. M. APPULEIUS PROCULUS TI. CAEPIO HISPO

cos. suff. a. 98 vel 99.

[Waddington, Fast. 119; Borghesi opp. V p. 511: *suffetto nell' anno 854*; Mommsen, Ind. Plin. p. 404: *ut videtur tanquam cos. des. a. 103 vel 104*; C. J. L. VI 2222].

Fortasse post consulatum demum ad pontificatum pervenit [Orelli 3670].

Homo plebeius.

41. L. LICINIUS L. F. SURA cos. I anno incerto (98),

cos. II a. 102, cos. III a. 107.

Oriundus est ex Hispania Tarraconensi.

Propter merita bello Dacico parta circa a. 107 videtur receptus esse in collegia pontificum et sodalium Augustalium [C. J. L. II 4508. 4536 sqq. VI 1444; Borghesi opp. V p. 32 sqq.; Mommsen, Ind. Plin. p. 417; Dierauer l. c. p. 80].

Mortuus est a. 107 vel 108 [vit. Hadr. 3; Dio LXVIII 15].

Homo plebeius.

42. P. MANILIUS P. F. VOPISCUS cos. a. 114.

Pontifex flamen praetor quaestor divi Traiani Parthici tribunus militum legionis III Scythicae III vir a. a. a. f. f. salius Collinus curator fani Herculis Victoris (Tibure) [C. J. L. XIV 4242; Friedländer, Sittengesch. III p. 456 sq.].

Homo patricius.

43. (POMPONIUS PROCULUS VITRASIUS) POLLIO.

Post vigintiviratum salius (Palatinus? [C. J. L. VI 1978]), post quaesturam videtur factus esse pontifex [C. J. L. X 4639]. Equidem putem hunc fuisse patrem pontificis [Fast. 54] legationeque provinciae Lugdunensis temporibus Hadriani functum esse [Henzen 5477 adn. 6; Boissieu, Inscriptions antiques de Lyon p. 226 legatum Lugdunensem interpretatur consulem a. 166 (?) et a. 176]; neque enim fieri potest, ut ad eundem tituli C. J. L. X 4639 et VI 1540 pertineant: hoc qui honoratur, fuit III vir monetalis a. a. a. f. f., sodalis Antoninianus, pontifex, in illo magistratus III viri et X viri, sacerdotia saliatu et pontificatus leguntur.

Homo patricius. (A. 31 Vitrasius Pollio ordinis equestris praefectus Aegypti fuit [C. J. L. X 3871; Herzog, Galliae Narbonensis provinciae Romanae historia descriptio institutorum expositio, App. epigr. p. 157 n. 674; Dio LVIII 19; Plin. N. H. XXXVI 57; Borghesi opp. IV p. 437]).

44. D. (TERENTIUS) GENTIANUS (aut DECIMIUS GENTIANUS [Wilmanns 606]).

Fuit pontifex imperante Traiano, qui concessit, ut consulatum adipisceretur ante annum vitae tricesimum [C. J. L. III 21 b. addit. p. 967; Friedländer, Sittengesch. II p. 245]. Non recte Mommsen hunc titulum et C. J. L. III 1463 eidem attribuit (filio D. Terentii Scauriani); ille enim Gentianus, qui in inscriptione Aegyptia commemoratur, ante Traianum videtur obiisse mortem, in Dacica autem mea quidem sententia consul anni 119 significatur (Fast. 49).

Homo plebeius; tertio saeculo familia inter patricias fuit [C. J. L. VI 2144; Notizie degli scavi 1883 p. 448; Jordan, Tempel der Vesta p. 84 adn. 5].

45. T. HATERIUS NEPOS ATINAS PROBUS PUBLICIUS
MATENIANUS.

Consul pontifex triumphalibus ornamentis honoratus ab imperatore Traiano (post bellum Germanicum aut Dacicum) [Henzen 6496; Wilmanns 1249 a]. Idem videtur fuisse, qui a. 118 inter fratres Arvales nominatur [C. J. L. VI 2078; Henzen, Arv. p. 187 sq. Sed Borghesi opp. V p. 38: *avrà ... fiorito sotto Domiziano*]. Si tituli Henzen 6947 = Wilmanns 1249 b et C. J. L. III 39 ad fratrem (non ad filium) eius recte referuntur, pontifex ex ordine equestri in senatorium adlectus est [Plin. ep. V 9; Borghesi l. c. p. 39 ... *ne dedurrei l'origine dalla casa del T. Aterio cavalier romano...*]. Neque vero necesse est statuamus duos Haterios cognatione secum fuisse coniunctos: potest enim fieri, ut consul et pontifex eiusdem familiae senatoriae fuerit, cuius Q. Haterius orator [Tac. ann. IV 61; C. J. L. VI 1426].

Homo plebeius.

46. VALERIUS ASIATICUS eos. suff. circa a. 105, eos. II a. 125.

Pontifex (ante annum 125), *salius Collinus*, *praefectus urbis* (fortasse ab anno 124 usque ad annum 134), *III vir a. a. a. f. f.*, *quaestor*, *praetor*, *consul*, *proconsul Asiae* (a. 121 aut a. 122) [Waddington, Fast. 127; C. J. L. XIV 3713; Haakh in 'Real-Encycl.' (ed. ab A. Pauly) VI p. 2364 n. 143].

Homo patricius.

47. P. METILIUS P. F. SECUNDUS eos. suff. a. 123.

[Henzen, Arv. p. 192: *Consul videtur fuisse paucis annis post a. 124*; C. J. L. VIII 10114]. Fuit pontifex, frater Arvalis [C. J. L. VI 2076: magister a. 117; Orelli 3382]; inter *pon* et *fratri Arvali* tertium sacerdotium videtur excidisse [Marini, Atti II p. 771 sqq.; Waddington, Fast. 110].

Homo plebeius.

48. IMPERATOR CAESAR TRAIANUS HADRIANUS AUGUSTUS.

Natus est (P. AELIUS P. F. HADRIANUS) d. IX K. Febr. a. 76 [vit. 1; C. J. L. I p. 379].

Fortasse circa a. 107/108 [cf. Fast. 41] ante consulatum (eos. suff. a. 108 [Mommsen in 'Herm.' III p. 46 adn. 5. St.-R. I p. 574 adn. 4]) sodalis Augustalis et septemvir epulonum electus est [C. J. L. III 550 = C. J. A. III 464].

Adoptatus a Traiano factus est imperator d. III Id. Aug. a. 117, cum esset Syriae legatus [vit. 4; Borghesi opp. I p. 503. IV p. 164]. Tum a. 117 sine dubio reliqua sacerdotia accepit, quamquam insignia sacerdotalia non inveniuntur nisi in nummis a. 119 signatis [Cohen 454—456; Borghesi opp. III p. 429; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3]. In locum Traiani videtur cooptatus esse frater Arvalis a. 118 mense aut Iunio aut Iulio aut Augusto [C. J. L. VI 2078. 968]. A. 117 iniiit pontificatum maximum, id quod comprobant nummi hac inscriptione: *p. m. tr. p. cos. alii, p. m. tr. p. cos. des. II alii* [Cohen 3. 4. 5. 7. 256. 262. 251. 259. 263. 264. 740 sqq. 1003 sqq.].

Mortuus est a. 138 d. VI Id. Iul. [vit. 25; Dio LXIX 38; Clinton, Fast. Rom. ad a. 138.].

Homo patricius.

49. (D.) TERENCEIUS GENTIANUS cos. suff. a. 119.

Post consulatum (de censura provinciae Macedoniae: Mommsen, St.-R. II p. 416) ad pontificatum videtur pervenisse [C. J. L. III 1463]. Cum titulus a colonis Ulpiae Traianae patrono positus sit, assentior Theodoro Mommsen, qui eum filium fuisse putat D. [C. J. L. III 1443: M.] Terentii Scauriani eius qui primus legatus Traiani administravit Daciam [C. J. L. II p. 868; Dierauer l. c. p. 103 adn. 4].

Fortasse usque ad T. Antonini Pii tempora vixit [C. J. L. III 1128; vit. Hadrian. 23; Friedländer, Sittenges. I p. 130]

Homo plebeius (cf. Fast. 44).

50. L. FULVIUS C. F. ABURNIUS VALENS.

Iuris consultus, natus circa a. 100.

Cum fuit *tribunus plebis designatus candidatus Augusti* post a. 118, iam inter pontifices erat [C. J. L. VI 1421].

Commemoratur Pio imperante [vit. Anton. Pii 12], ubi pro *Salvio* scribi vult Mommsen *Fulvio* assentientibus multis hominibus doctis [Teuffel l. c. p. 819 n. 4; Karlowa l. c. I p. 709].

Homo plebeius.

51. APPIUS (ANNIUS ATILIUS BRADUA?).

Consul pontifex [Ἐφημ. ἀρχαιολ. 1885 p. 151 sq.]. Pater fuit App. Annii Atilii Braduae consulis a. 160 et uxoris Ti. Claudii

Attici Herodis Marathonii consulis a. 143, quam maritus l. c. nominat Ἀππιαν Ἀννίαν Πηγίλλαν Ἀτελλαν Κουκιδίαν Τερτύλλαν.

Mortuus est ante a. 160.

Homo patricius [Dittenberger in 'Herm.' XIII p. 67 sqq.; Mitth. d. archaeol. Inst. in Athen VI p. 310].

52. IMP. CAESAR T. AELIUS HADRIANUS ANTONINUS AUGUSTUS PIUS.

Natus est (T. AURELIUS FULVUS BOIONIUS ARRIUS ANTONINUS) a. 86 d. XIII K. Oct. [vit. 1; Orelli 1104; C. J. L. VI 10234].

Consul a. 120. Adoptatus ab Hadriano post L. Aelii Caesaris mortem a. 138 d. V K. Mart. [vit. 4], Augustus appellatus est post Hadriani obitum d. VI Id. Iul. eiusdem anni. Insignia quattuor sacerdotiorum inveniuntur in nummis a. 139 et 140 signatis [Cohen 93—96. 101. 102. 835. 836. 876. 877. 921; Borghesi opp. III p. 429; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3. Itaque miror, quod in titulo Hierosolymitano [Lebas part. VI 1895] solum pontificale sacerdotium et angulare ei adscripta sunt]. Pontifex maximus factus est a. 138 (deest pontificatus maximus: C. J. L. VI 999 [cf. 998]. II 4057 — postea persaepe et in nummis et in inscriptionibus omittitur —; nominatur a. 138 pontifex maximus: Cohen 66 sqq. 574. 637; Eckhel VII p. 10; C. J. L. V 4317. IX 697). Frater Arvalis [C. J. L. VI 1000]. Flamen fratrum Arvalium electus est a. 155 in a. 156 [C. J. L. VI 2086; Henzen, Arv. p. VI].

Mortuus est a. 161 mense Martio [Clinton, Fast. Rom. ad a. 161; Peter, Zeittaf. ad a. 161: *pridie Non.*; Schiller l. c. I p. 635: d. XVI K. Apr.].

Homo patricius.

53. IMP. CAESAR M. AURELIUS ANTONINUS AUGUSTUS.

Natus est (M. ANTONINUS ANNII VERI F.) d. VI K. Mai. a. 121 [vit. 1; C. J. L. I p. 379].

A. 129 salius cooptatus est [vit. 4]; a. 138 adoptatus a T. Antonino Pio (M. AELIUS AURELIUS VERUS (Caesar a. 139) [vit. Anton. Pii 4; vit. Marc. 5]); a. 139 cum esset quaestor,

consul in a. 140 designatus et in omnia sacerdotum collegia receptus est [vit. 6. Instrumenta sacerdotalia: Cohen 450—461 (a. 140); frater Arvalis: C. J. L. VI 1012. 2085; Bull. d. comm. archeol. com. 1886 p. 361 (a. 145)]. Pontifex maximus creatus est a. 161 [C. J. L. VI 1241. IX 309; Eph. epigr. V 297; saepissime titulus pontificis maximi deest in inscriptionibus et nummis] principatu suscepto.

Mortuus est a. 180 die XVI K. Apr. [Dio LXXI 33; Clinton, Fast. Rom. ad a. 180].

Homo patricius [vit. 1].

54. T. POMPONIUS PROCULUS VITRASIUS POLLIO

cos. I circa a. 138; cos. II a. 176.

Tempore prioris consulatus iam inter pontifices fuit [C. J. L. X 4635; Eph. epigr. IV p. 17]. In sodalium Antoninianorum collegium post a. 176 videtur adlectus esse [Wilmanns 639 adn. 9; Orelli 3421; Herzog l. c. p. 104 n. 495; Borghesi opp. III p. 245; C. J. L. VI 1540; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 227; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. X p. 184; Waddington, Fast. 142].

Vixit etiam tum Commodi imperii initio [C. J. L. VI 2010; Borghesi opp. V p. 37].

Si rectam coniecturam feci de eius patre [Fast. 43], homo patricius ipse quoque fuit [Mommsen, St.-R. I p. 555 adn. 3].

55. TI. (IULIUS) SEVERUS.

Cos. anno incerto (a. 155? Waddington, Fast. 143: *cos. suff. circa a. 140*; Bloch l. c. p. 147).

Cum Dio [LXIX 13. 14] vel Xiphilinus Ti. Severum confuderit cum S. Iulio Severo, qui Iudaeos devicit, illi recte attribui idem nomen gentile puto [Waddington l. c.; Borghesi opp. V p. 413 adn. 1].

Civis Ancyranus ut videtur, oriundus a Galatarum regibus et tetrarchis, adlectus est ab Hadriano inter tribunicios et, cum fungeretur consulatu aut paullo post, accepit pontificatum (a. T. Antonino) [C. J. Gr. 4033. 4034; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. IX p. 118 (=C. J. Gr. 4033): Π. Σεουήρον...; Borghesi opp. V p. 165 sqq.; Bloch l. c. p. 75. 127. 147].

Homo plebeius.

56. P. IUVENTIUS CELSUS cos. a. 164.

Promagister collegii pontificum commemoratur a. 155 d. III Non. Nov. [C. J. L. VI 2120].

De hac familia: Boissieu l. c. p. 246 sqq.; Teuffel l. c. p. 795 n. 2; Karlowa l. c. I p. 696].

57. VELIUS FIDUS.

Pontifex a. 155 [C. J. L. VI 2120; Borghesi opp. IV p. 152; Haakh in 'Real-Encyclop.' (edit. ab A. Pauly) VI p. 2429].

58. Q. TINEIUS SACERDOS CLEMENS cos. a. 158.

Consularis patricius pontifex nominatur [C. J. Gr. 4351; Borghesi opp. III p. 64].

Filius fuit pontifex [Fast. 66].

59. M. ACILIUS M. F. GLABRIO CN. CORNELIUS SEVERUS cos. a. 152.

Salius Collinus cooptatus est post tribunatum militarem; de pontificatus tempore nihil constat [C. J. L. XIV 4237].

Homo patricius.

60. M. PONTIUS M. F. LAELIANUS LARCIUS SABINUS cos. a. 163.

Pontifex, sodalis Antoninianus Verianus (post a. 169), fetialis [C. J. L. VI 1497. III 774 = 6182; Borghesi opp. V p. 36].

Homo plebeius.

61. IMP. CAESAR L. AURELIUS VERUS AUGUSTUS.

Natus est (L. CEIONIUS COMMODUS VERUS) circa a. 127 d. XVIII K. Ian. [vit. 1. 11; C. J. L. I p. 379; Eckhel VII p. 87 adn. 130].

Adoptatus a. 138 ab Antonino [vit. 2; vit. Anton. Pii 4]. A. 154 consul augur (L. AELIUS AURELIUS COMMODUS [C. J. L. X 5051]); a. 161 a M. Aurelio imperii particeps factus [vit. Marc. 7; vit. Ver. 3. 4]. Dubitare non licet, quin statim in collegia sacerdotalia ea, in quibus nondum esset, cooptatus sit [Eckhel l. c. p. 96]; pontifex [C. J. L. VI 991. VIII 4591 (a. 164/165). 4644; deest haec dignitas — id quod est mirum — C. J. L. VI 1021 (a. 163). 1022 (a. 166); frater Arvalis [C. J. L. VI 1021 (a. 163)].

Mortuus est a. 169 secundum nummos et titulos (*tr. pot. VIII*), quamquam Iulius Capitolinus [vit. Ver. 11] et Entropius [VIII 10] penes eum per undecim annos fuisse imperium tradunt [Schiller l. c. I p. 647; Clinton, Fast. Rom. ad a. 169].

Homo patricius.

62. CN. CLAUDIUS SEVERUS.

Consul bis, pontifex [C. J. Gr. 4154]. Borghesi [opp. V p. 430] verborum γαμβρόν Κρίσαρος Μ. Ἀβερήλιου Ἀντωνείνου Σεβήρου ultimo in Σεβαστοῦ correcto consulem annorum 163 et 173 putat esse intellegendum: quae coniectura probatur ab Iosepho Klein et Leone Renier [Borghesi opp. III p. 247 adn. 7].

Homo patricius?

63. Q. POMPEIUS Q. F. SENECIO SOSIUS PRISCUS

cos. a. 169.

Fuit salius Collinus [C. J. L. X 6322. VI 1491], pontifex (ante praeturam), sodalis Antoninianus (Verianus) post a. 169 [Marquardt, St.-V. III p. 472 adn. 6; Eph. epigr. III p. 214], sodalis Hadrianalis, salius in municipio Tibure [C. J. L. XIV 3609 = Wilmanns 1194; C. J. L. X 3724; Notizie degli scavi 1878 p. 239].

Mortuus est a. 180 annos LXII menses VIII dies XIV natus [C. J. L. VI 1490; Borghesi opp. VIII p. 364 sqq. C. J. L. VIII 7066; Waddington, Fast. 156].

Homo patricius; pater (XV vir s. f.) fuit plebeius [C. J. L. X 6321; Plin. ep. I 23].

64. L. ANNIUS L. F. RAVUS.

Cos. suff. anno incerto.

Ex collegio saliorum Palatinorum est exauguratus a. 170 [C. J. L. VI 1978], quod, ut mihi quidem videtur, pervenerat ad pontificatum ante quaesturam [C. J. L. VI 1339]; aliter Renier, *Mélanges d'épigraphie* p. 34 sqq. iudicavit putans Ravum coactum esse cum dedecore exire ex hoc collegio, sibi conflasse invidiam imperatoris M. Aurelii, tum a Commodio Augusto paullo ante quaesturam (circa a. 180/181) ad pontificatum esse admissum. Neque vero inest in verbo exaugurandi hic sensus [Merklin l. c. p. 126] et recte dicit Borghesi [opp. III p. 22]: *non se gli*

ricorderebbe un' onorificenza che almeno cinque anni innanzi aveva perduta ignominiosamente.

Homo patricius [C. J. L. VI 2010].

65. IMP. CAESAR M. AURELIUS COMMODUS ANTONINUS
AUGUSTUS.

Natus est (L. AELIUS AURELIUS COMMODUS) pridie K. Sept. a. 161 [vit. 1; Zürcher in 'Untersuch. z. röm. Kaiser-gesch.' (edit. a M. Büdinger) I p. 352].

Caesar appellatus d. IV Id. Oct. a. 166 [vit. 1. 11], in omnia collegia sacerdotalia assumptus est a. 175 d. XIII K. Invictas (= XIII K. Oct.) [vit. 1. 12; vit. M. Antonin. 16; insignia sacerdotiorum inveniuntur in nummis: Cohen 401—406. 599. 694. 599 cum *pontif.*; Eckhel VII p. 102; Clinton, Fast. Rom. ad a. 175; Borghesi opp. III p. 430]. Togam virilem sumpserat Non. Iul. a 175 [vit. M. Antonin. 22; vit. Commod. 2. 12]. Pontifex maximus creatus est a. 180 post M. Aurelii mortem. Neque enim Iosephi Eckhel [VII p. 137] aut Gustavi Wilmanns [955 adn. 4] sententiam statuentium eum labente a. 183 hoc summum sacerdotium accepisse comprobo. Primum inde, quod priore loco tabulae actorum fratrum Arvalium [C. J. L. VI 2099; d. III Non. Ian. a. 183] abest pontificatus maximus, posteriore non item, colligere non licet Commodum d. III Non. Ian. nondum fuisse pontificem maximum: non semper omnes imperatorum tituli enarrantur [cf. C. J. L. VI 2037. 2056. 2067. 2078]; neque est, quod posteriore loco (d. VII Id. Ian.) quadratarii errorem subesse arbitremur. Deinde quod pontificis maximi titulus in nummis inscriptionibusque ab anno demum 184 invenitur, meae sententiae non refragatur: nam omittitur pontificatus maximus ex temporibus Pii saepissime, sic a. 184 et postea [Cohen 913 sqq. 940 sqq. 983. 702. 730]. Denique ante a. 184 re vera Commodum summo sacerdotio functum esse demonstrant et inscriptiones et nummi [C. J. L. II 1725 (a. 182); Eph. epigr. V 1180 (a. 180/181), quamquam tribunicia potestas V et consulatus III non quadrant. IV 42 (a. 181 vel 182); Cohen 415 sqq.; de tribunicia potestate: Mommsen, St.-R. II p. 801 adn. 2].

Interfectus est pridie K. Ian. anni 193 [vit. 17; Dio LXXII 22; Zürcher l. c. I p. 249].

Homo patricius.

66. Q. TINEIUS Q. F. RUFUS eos. a. 182.

Salius Palatinus factus est a. 170 [C. J. L. VI 1978]; exiit ex collegio a. 178 [l. c. 1979], quod cooptatus erat inter pontifices [C. J. Gr. 4351; C. J. L. X 3683; Borghesi opp. III p. 63 sq.].

Homo patricius.

Pater fuit pontifex [Fast. 58].

67. CINGIUS SEVERUS.

Pontificatus eius commemoratur a. 193 [vit. Commod. 20]. Nescio an hic sit ille Cineius Severus, quem imperator Septimius Severus a. 197 interfecit [vit. 13; Noeldechen in 'Histor. Taschenb.' 1888 p. 184; a. 205 occisus post mortem Plautiani; Tissot l. c. p. 123; proconsul Africae inter 180/190].

Homo plebeius.

68. Q. VIBIUS EGNATIUS SULPICIUS PRISCUS.

Consularis, pontifex, flamen divi Severi [C. J. L. V 7783].

Mortuus est post a. 211.

Homo patricius [Eph. epigr. III p. 223; Marquardt, St.-V. III p. 474].

69. M. VALERIUS BRADUA MAURICUS eos. a. 191.

Pontifex, sodalis Hadrianalis [C. J. L. V 7783. VI 1343. 1541]. Proconsul Africae temporibus Severi et Caracallae [Marini, Atti p. 181; Tissot l. c. p. 140].

Homo patricius?

70. IMP. CAESAR P. HELVIUS PERTINAX AUGUSTUS.

Natus est (P. HELVIUS PERTINAX) a. 126 K. Aug. [vit. 15; C. J. L. I p. 379; Eckhel VII p. 140 sqq.].

Consul a. 175 et a. 192. Cum a. 193 Id. Ian. frater Arvalis in Comodi locum sit cooptatus [C. J. L. VI 2102], eodem fere die in omnia collegia allectum cum esse conicio [inter sodales Augustales: C. J. L. VI 1992. XIV 2396; Borghesi opp. III p. 429 de primo imperii die videtur cogitare]. Itaque pontificatus maximus in tabula Arvali supplendus non est: deest in nummis et inscriptionibus [Cohen 1 sqq. 25; C. J. L. VIII 8425].

10238. 10242]. Fortasse mense Februario [C. J. L. II 4125; d. III Id. Febr. abest] vel Martio [Orelli 896: d. XIV K. Apr. adest] pontificatum maximum suscepit [Cohen 23. 38].

Occisus est a. 193 d. V K. Apr. [vit. 15; Dio LXXIII 10].
Homo patricius.

71. IMP. CAESAR M. DIDIUS SEVERUS IULIANUS AUGUSTUS.

Natus est a. 133 mense Ianuario [Dio LXXIII 17; vit. 9; Eckhel VII p. 147 sqq.].

Homo privatus sodalis Antoninianus et consul a. 175 factus est [C. J. L. VI 1401]. Post Pertinacis mortem imperator a senatu appellatus [vit. 3; Dio LXXIII 11 sqq.] pontificatum maximum iniiit [Cohen 8. 12. 13; Kgl. Münzkab. 1029].

Occisus est K. Iun. a. 193 [Dio LXXIII 17; vit. 8].

Ex plebeio patricius a. 193 factus [vit. 3].¹⁴⁾

72. IMP. CAESAR L. SEPTIMIUS SEVERUS PIUS PERTINAX AUGUSTUS.

Natus est (L. SEPTIMIUS SEVERUS) d. III Id. Apr. a. 146 Dio LXXVI 17; C. J. L. I p. 379; vit. 1: VI Idus Apriles; Höfner l. e. p. 32 sqq.; Eckhel VII p. 166 sqq.].

Consul a. 190. Frater Arvalis commemoratur: C. J. L. VI 1026. Pontifex maximus post K. Iun. a. 193 factus est [C. J. L. V 4317. VIII 1170. VI 1074: *pontifex et Parthicus maximus*; per errorem *pontifex* solum nominatur Cohen 374. 567—570; deest pontificatus maximus in nummis (a. 194) et inscriptionibus (C. J. L. VI 1034)].

Mortuus est a. 211 pridie Non. Febr. [Dio LXXVI 15].

A. 193 inter patricios adlectus est [vit. 3].

¹⁴⁾ C. PESCENNIO NIGRO aut D. CLODIO ALBINO, quorum a legionibus alter in Syria, alter in Britannia a. 193 electus erat imperator, honores sacerdotales non sunt decreti [Eckhel VII p. 152 sqq.; Borghesi opp. III p. 432], quamquam hic a. 193 a Severo factus Caesar [vit. Sever. 6; vit. Alb. 1; Herod. II 15; Zonar. XII 17; in nummis: *Augustus*] titulum pontificis maximi usurpans nummis impressit [Cohen Alb. 19; Höfner, Untersuchungen zur Geschichte des Kaisers L. Septimius Severus und seiner Dynastie I p. 78 sqq.].

73. IMP. CAESAR M. AURELIUS SEVERUS ANTONINUS PIUS
FELIX AUGUSTUS.

Natus est (BASSIANUS) a. 188 pridie Non. Apr. [Dio LXXVIII 6; vit. 6. 7; Eckhel VII p. 199 sqq.; Höfner l. c. p. 43 sqq. et p. 263].

A. 196 aut 197 Caesar nominatus (AURELIUS ANTONINUS [vit. Sever. 10; Höfner l. c. p. 190 et 259]) in omnia collegia sacerdotalia ex senatus consulto supra numerum a. 197 cooptatus est [C. J. L. VI 1984. 2009; insignia sacerdotiorum: Cohen 53. 54. 582—588; Kgl. Münzkab. 1077; Fröhner, Les médailles de l'empire romain p. 162; Catalogue of the Roman Coins in the British Museum Londinii 1874 p. 35; Borghesi opp. I p. 351. III p. 431; Mommsen, St.-R. II p. 1105 adn. 3; interdum *pontifex* in nummis et inscriptionibus appellatur: Cohen l. c. et 180; C. J. L. VI 1074. X 5909; frater Arvalis: C. J. L. VI 1053; Höfner l. c. p. 260], fortasse postquam Romam rediit mense Iunio [vit. Sev. 14; Schiller l. c. I p. 718]; a. 201 togam virilem sumpsit [vit. Sev. 16; Borghesi opp. III p. 432]; a. 202 consul; a. 211 post patris mortem pontifex maximus factus est [C. J. L. VI 1062; Cohen 84. 86. 186. 193. 640].

Occisus est a. 217 d. VI Id. Apr. [Dio LXXVIII 5; vit. 6. 7].
Homo patricius.

74. IMP. CAESAR P. SEPTIMIUS GETA PIUS AUGUSTUS.

Natus est Geta a. 189 d. VI K. Iun. [vit. 3; Höfner l. c. p. 45 sqq.; Eckhel VII p. 227 sqq.].

A. 198 Caesar (ANTONINUS [vit. 5; vit. Sever. 16; Höfner l. c. p. 265]) et sacerdos omnium collegiorum factus (insignia sacerdotalia: Cohen 187. 188. 190. 191; *pontifex*: l. c. 97. 98. 156. 181 sqq.; Zeitschr. f. Numismat. (edit. ab A. v. Sallet) XIII p. 129; C. J. L. VIII 9035 et add. p. 974); circa a. 202 togam virilem sumpsit [vit. Sever. 14]; consul a. 205 et 208.

Interfectus est a. 212 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 212: *in February*].

Homo patricius.

75. M. NUMMIUS UMBRIUS PRIMUS M. F. SENECIO
ALBINUS cos. a. 206.

Salius Palatinus cooptatus est a. 191 [C. J. L. VI 1980], exiit ex hoc collegio a. 199 pontifex factus ante quaesturam

circa quinque et viginti annos natus [C. J. L. VI 1982. II 3741. V 4347. VI 1475; Borghesi opp. IV p. 510 sq. V p. 493].

Homo patricius.

76. L. FULVIUS L. F. GAVIUS NUMISIUS PETRONIUS
AEMILIANUS cos. a. 206.

Salius Collinus; pontifex electus ante quaesturam, quam gessisse eum puto propter numerum plurativum *Augg.* in C. J. L. VI 1422 traditum a. 198 [Renier, *Mélanges d' épigr.* p. 16: *salius après avoir exercé les fonctions de triumvir monétaire, pontifex avant sa questure ou plutôt pendant qu' il était questeur*]. Cum dedicatus est titulus C. J. L. VI 1422 — fuit praetor tutelarius candidatus Augustorum —, vicibus promagistri videtur functus esse in pontificum collegio. Eiusdem hominis est Lugdunensis inscriptio [Mommsen in 'Ann. d. Inst.' 1853 p. 69 sqq.; Borghesi opp. VIII p. 602. 217], ubi praeterea sodalis Flavialis nominatur, quod sacerdotium eum accepisse Mommsen arbitratur eo tempore, quod inter duos illos titulos compositos interiacet. In hoc marmore Lugdunensi Boissieu [l. c. p. 485] et Mommsen suppleverunt *pontifici* solum, non *pontifici promagistro*, quod voluit Borghesi [opp. IV p. 309 sqq.].

Homo patricius. (Cf. Fast. 77).

77. L. FULVIUS GAVIUS (NUMISIUS PETRONIUS CERVIDIUS)
AEMILIANUS.

Incertum est, num post consulatum [C. J. L. X 3856] sacerdotii alicuius mentio (frater Arvalis aut fetialis [Renier l. c. p. 22. 40]) evanuerit. Pontificatu videtur honoratus esse ab imperatore Severo Alexandro praetorius, postquam dilectum habuit per regionem Transpadanam [Mommsen, *St.-R.* II p. 850 adn. 3]. Cum Severus Alexander nominetur *optimus* in titulo, Fulvius consul ante eius mortem fuit. Num cognatione secum fuerint coniuncti hic pontifex et consules annorum 206. 244. 249, nescio [Borghesi opp. IV p. 278 sqq. VII p. 378. VIII p. 603]. Tituli autem: C. J. L. VI 1422 (cf. Fast. 76) et X 3856 quin eidem attribuendi non sint, non dubito, quamquam negat Mommsen [ad C. J. L. VI l. c.; in 'Ann. d. Inst.' 1853 p. 70; *Eph. epigr.* I p. 138]. Nam si in titulo Campano — omitto, quomodo is sit restituendus — cursus honorum ordine temporis servato enarratus est, Fulvius post

praeturam pontificatum accepit; tituli autem urbanus et Lugdunensis eum ante quaesturam pontificem factum esse et tempore praeturae iam pro magistro fuisse probant. Sin autem in illa inscriptione pontificatus non suo loco inter honores relatus, sed praeter temporis ordinem post consulatum positus est [Renier l. c.], qua de causa duo sacerdotia, quorum mentio fit in his, aut alio loco exhibita aut plane neglecta sunt?

Homo patricius [Borghesi opp. IV p. 301 adn. 5].

78. C. FULVIUS C. F. PLAUTIANUS cos. II a. 203.

Ornamenta consularia accepit a. 202 (= cos. I [Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 230 n. 58]). Ex Africa oriundus [Herod. III 10, 6], praefectus praetorio regnante Septimio Severo fuit; a. 202 in ordinem senatorium adlectus (clarissimus vir [Herod. III 11, 2: ἡμῶν ἐστὶ γὰρ τὴν τε πλατύσημον ἐσθῆτα; Mommsen, St.-R. II p. 866 adn. 3]) et pontificatu ornatus est [C. J. L. VI 1035. 1074. III 6075. V 2821].

Interfectus est d. XI K. Febr. [a. 203: Höfner l. c. p. 292; Eckhel VII p. 224; Clinton, Fast. Rom. ad a. 203] a. 205 [Bormann in 'Bull. d. Inst.' 1867 p. 218; Schiller l. c. I p. 731].

79. C. IULIUS C. F. GALERIUS ASPER cos. a. 212.

Sodalis Augustalis inter praeturam et consulatum [C. J. L. XIV 2505—2513] et pontifex [Notizie degli scavi 1887 p. 72 et p. 141] vel ipso anno 212 vel postea videtur factus esse. Pater bis consul et praefectus urbi [C. J. L. XIV 2514. 2515; Notizie l. c.], filius VII vir epulonum et lupercus fuit.

Homo plebeius; itaque puto Asprum eum, qui a. 201 flamen proditus exiit ex saliorum Palatinorum collegio [C. J. L. VI 1982. 1983], non patrem pontificis fuisse [Borghesi opp. VII p. 94 sqq.].

80. C. OCTAVIUS APPIUS SUETRIUS SABINUS cos. a. 214.

Fuit pontifex et augur [Mommsen in 'Eph. epigr.' I p. 137 haec dicit: *Sacerdotia haec quo tempore Sabinus adeptus sit cum ignoremus, hic iis locum dedimus post consulatum*; C. J. L. VI 1476. 1477. X 5178. 5398; Borghesi opp. V p. 395; Desjardins in 'Rev. archéol.' XXVI p. 65 sqq. et p. 171 sqq.; Henzen, Arv. p. 193; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 119 adn. 3].

Homo plebeius.

81. Q. POMPEIUS FALCO SOSIUS PRISCUS.

Pontifex, salius, quaestor candidatus imperatoris M. Aurelii Antonini [C. J. L. XIV 2803. VI 1490].

Fuit pronepos pontificis [Fast. 63], fortasse nepos Q. Sosii Falconis eos. a. 193.

Homo patricius.

82. IMP. CAESAR M. OPELLIUS SEVERUS MACRINUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

Natus est a. 164 [Dio LXXVIII 40; Eckhel VII p. 236 sqq.].

Scriba pontificius [vit. 7]; a. 212 fuit praefectus praetorio dignitate viri clarissimi praeditus [Henzen 5512]. Post Caracallae mortem a. 217 imperator factus pontificatum maximum iniiit ipso imperii die [vit. 7; Dio LXXVIII 11; Herod. IV 14; C. J. L. VIII 4598; Cohen 30. 69—81. 120. 142]; tum (fortasse mense Aprili a. 217) in collegia sacerdos cooptatus est [C. J. L. VI 1984. 2009].¹⁵⁾

Interfectus est a. 218 post d. VI Id. Iun. [Dio LXXVIII 39 sq.].

A. 217 inter patricios adlectus est [vit. 7; Dio LXXVIII 17].

83. M. OPELLIUS ANTONINUS DIADUMENIANUS CAESAR.

Natus est a. 208 d. XIII K. Oct. [vit. 5; Dio LXXVIII 34; Eckhel VII p. 240].

Clarissimus puer [Henzen 5513]; a. 217 Caesar factus est [Schiller l. c. I p. 757 adn. 1; C. J. L. II 4789; Bull. d. Inst. 1884 p. 153]. In collegia sacerdotalia cooptatus est una cum patre [C. J. L. VI 2009; Borghesi opp. III p. 432].

Interfectus est cum patre a. 218 [vit. 2. 8; Dio LXXVIII 41; Herod. V 4].

Homo patricius inde ex a. 217 [Dio LXXVIII 17].

84. IMP. CAESAR M. AURELIUS ANTONINUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

Natus est (VARIUS HELIOGABALUS) circa a. 205 [Dio LXXVIII 31; Herod. V 5, 1; Eckhel VII p. 244].

¹⁵⁾ Macrinus igitur factus est pontifex maximus, quamquam pontifex non erat (cf. adn. 5).

D. XVII K. Iun. a. 218 Emesae a militibus imperator renuntiatus [Dio l. c.; Herod. V 3, 12; vit. Macr. 9] post Macrini mortem Romae a senatu comprobatus statimque factus est pontifex maximus [Dio LXXIX 2; vit. 1; Cohen 125—133. 222—228; per errorem *pontifex* solum nominatur: Cohen 238—241; *pontifex maximus* d. III K. Iun.: C. J. L. VI 2104]. In sacerdotia cooptatus est partim pridie Id. Iul. a. 218 [C. J. L. VI 2001. 2009], partim iam ante hunc diem [C. J. L. VI 2104; Henzen, Arv. p. CCVI adn. 15; Borghesi opp. III p. 422 sqq.; Mommsen, St.-R. II p. 1104 adn. 2]. Praeterea hos titulos, qui anteponebantur pontificatui maximo in inscriptionibus (excepta inscriptione C. J. L. VI 3839), gessit: *sacerdos amplissimus et invictus dei Solis Elagabali* [C. J. L. III dipl. 50. VIII 4440], *sacerdos amplissimus dei invicti Solis Elagabali* [Eph. epigr. II p. 464 sqq.; C. J. L. X 5827], *sacerdos dei Solis Elagabali* [Cohen 246 sqq.], *sacerdos amplissimus* [C. J. L. VI 3839], *invictus sacerdos* [Cohen 58 sqq.; Eckhel VII p. 249 sqq.], *summus sacerdos* [Cohen 276. 277], ἀρχιερεὺς τοῦ Ἐλαγαβᾶλου [Zonar. XII 14; Dio LXXIX 11; vit. 1]. In nummis nunquam utrumque sacerdotium occurrit coniunctum.

Interfectus est mense Martio a. 222 [Dio LXXIX 3. 20; Eckhel VII p. 252; Clinton, Fast. Rom. ad a. 222 et Loehrer 'De C. Iulio Vero Maximino Romanorum imperatore' Monasterii 1883 p. 34: mense *Februario*].

Homo patricius.

85. IMP. CAESAR M. AURELLIUS SEVERUS ALEXANDER PIUS FELIX AUGUSTUS.

Natus est circa a. 205 K. Oct. [vit. 5. 13. 60; Orelli 1104; C. J. L. I p. 379; Eckhel VII p. 267 sq.].

A. 221 nobilissimus Caesar d. VI Id. Iul. cooptatus est in omnia collegia [C. J. L. VI 2001. 2009; *pontifex*: Cohen 458. 459; insignia sacerdotiorum: Cohen 198. 199; Borghesi opp. III p. 437; cf. Herod. V 7]. Consul a. 222. Pontificatum maximum simul cum principatu suscepit [vit. 1. 6. 8. 56; Loehrer l. c. p. 34; C. J. L. II 1533; Cohen 201—227]; sacerdos urbis [Cohen 527; Eckhel VII p. 270].

Interfectus est mense Martio a. 235 [Clinton, *Fast. Rom.* ad a. 235; Loehrer l. c. p. 36 et 44: *d. X mens. Febr.*; Schiller l. c. I p. 783 adn. 3 et p. 943].

Homo patricius.

86. C. FURIUS OCTAVIANUS.

Consul pontifex [C. J. L. VI 1423]. A. 223 in albo decurionum Canusinorum inter patronos clarissimos viros commemoratur [C. J. L. IX 338 1, 12; Borghesi opp. III p. 121; de Rossi, *Roma sotteranea* II p. 139 sqq.].

87. L. TI. CLAUDIUS AURELIUS QUINTIANUS cos. a. 235.

Pontifex [C. J. L. X 3850; Borghesi opp. III p. 442. V p. 435 sqq.].

Homo patricius.

Klein [l. c. ad a. 235] huic pontifici adsignat titulum C. J. L. V 3223 c. add. p. 1074, ubi Quintiani hominis patricii [Dessau in 'Eph. epigr.' III p. 225], consulis, flaminis Augustalis, proconsulis, pontificis, sodalis Aureliani Antoniniani mentio fit.

88. IMP. CAESAR C. IULIUS VERUS MAXIMINUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

Pontificatum maximum accepit cum reliquis titulis imperatoriis mense Martio a. 235 post Alexandri mortem [Eckhel VII p. 290 sq.; Cohen 43 sqq.; Eph. epigr. V 75. 76; Loehrer l. c. p. 36; deest haec dignitas C. J. L. VI 1085; Eph. epigr. IV 444]. A. 235 d. VIII K. Apr. in collegia sacerdotalia cooptatus est [C. J. L. VI 2001. 2009].

Occisus est a. 238 [Eckhel VII p. 295: *medio Maio*; Clinton, *Fast. Rom.* ad a. 238: *slain in the beginning of May*; Loehrer l. c. p. 36: *d. XI mens. Iun.*; Schiller l. c. I p. 795].

Homo patricius.

89. C. IULIUS VERUS MAXIMUS CAESAR.

A. 235 Caesar [vit. 8]; a. 236 sacerdos cooptatus in omnia collegia supra numerum [C. J. L. VI 2001. 2009; insignia sacerdotiorum: Cohen 1—9; Kgl. Münzkab. 1035].

A. 238 (Augustus iam fuit [Schiller l. c. I p. 795 adn. 2]) cum patre mortem occubuit XXI aut XVIII annos natus [vit. Maxim. 27; Eckhel VII p. 297 sq.].

Homo patricius.

90. et 91. IMPP. CAESARES MARCI ANTONII GORDIANI
PII FELICES AUGUSTI (pater et filius).

De nominibus: v. Sallet in 'Zeitschr. f. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) VII p. 139 sqq.; Mommsen ibid. VIII p. 27 sq.; Thédenat in 'Rev. archéol.' XL p. 284 sqq.; Eph. epigr. V 342; Schiller l. c. I p. 788 adn. 3].

Pater fuit consul a. 213, proconsul Africae a. 238 [vit. 2; Tissot l. c. p. 168].

Filius fuit consul a. 229, legatus patris a. 238 [vit. 18].

Uterque a. 238 simul a senatu Augustus et pontifex maximus factus est [Clinton, Fast. Rom. ad a. 238: *proclaimed in February*; Eckhel VII p. 293 sqq.; Borghesi opp. V p. 227 et p. 490: *mense Martio*; Loehrer l. c. p. 43: *die II mens. Apr.*; etiam filium pontificatum maximum suscepisse postea explicabo [Cohen 4]. Tum simul in omnia collegia sacerdotum cooptati sunt [C. J. L. VI 2009; insignia sacerdotalia in nummo aeneo filii (Cohen 3) inveniuntur].

Pater se suspendit, filius pugna cecidit XX aut XXII diebus postquam principatum adepti erant [Clinton, Fast. Rom. l. c.: *slain in March*; Borghesi opp. V p. 490; Loehrer l. c.].

Homines patricii.

92. IMP. CAESAR M. CLODIUS PUPIEN(I)US MAXIMUS
AUGUSTUS.

93. IMP. CAESAR D. CAELIUS CALVINUS BALBINUS
AUGUSTUS.

A. 238 eodem die [Clinton, Fast. Rom. l. c.: *appointed in March*; Borghesi opp. V p. 490; Schiller l. c. I p. 790: d. VII Id. Iul.; sed cf. C. J. L. VI 2113] imperatores agniti susceperunt pontificatum maximum [vit. 8; Cohen Pupien. 26—31. Balbin. 18—22; C. J. L. VIII 10342. 10343. 10365]; tum facti sunt sacerdotes omnium collegiorum.

Occisi sunt a. 238 [Eckhel VII p. 294. 305: *exeunte Iulio*; Clinton, Fast. Rom. l. c.: *slain about the middle of Iune*; Schiller l. c. I p. 796 adn. 3: *mense Augusto*; C. J. L. VI 2113].

Homines patricii.

94. IMP. CAESAR M. ANTONIUS GORDIANUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.

Natus est d. XIII K. Febr. [C. J. L. I p. 379; Orelli 1104] a. 222 aut a. 225 aut a. 227 [vit. 22; vit. Max. et Balb. 3].

Caesar nominatus est a. 238 eodem die, quo Pupienius et Balbinus Augusti [vit. Max. et Balb. 3. 8. 9; vit. Maxim. 16. 20; vit. Gordd. 22; C. J. L. VIII 10342]. Statim sacerdos omnium collegiorum cooptatus est (insignia sacerdotiorum: Cohen 182. 183; frater Arvalis: C. J. L. VI 1093). Imperator et pontifex maximus factus est post mortem Pupienii et Balbini [Clinton, Fast. Rom. l. c.: *proclaimed about the middle of Iune*; C. J. L. VI 2113. 1088 sqq. III 4820. V 3112].

Occisus est a. 244 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 244: *slain between Feb. 24 and March 14*; Schiller l. c. I p. 800 adn. 6].

Homo patricius.

95. IMP. CAESAR M. IULIUS PHILIPPUS PIUS FELIX
AUGUSTUS (pater).

Imperator et pontifex maximus factus post Gordiani mortem [Borghesi opp. IV p. 282; Cohen 113. 243—245; C. J. L. VI 1097. VIII 10049. 10077; per errorem *pontifex* (pro: *pontifex maximus*) nominatus: Cohen 160]. Sacerdos omnium collegiorum.

Occisus est a. 249 [Borghesi opp. IV p. 284; Clinton, Fast. Rom. ad a. 249: *between Sept. 1 and Oct. 16*].

Homo patricius.

96. IMP. CAESAR M. IULIUS PHILIPPUS PIUS FELIX
AUGUSTUS (filius).

A. 244 Caesar [Aur. Vict. Caess. 28; Oros. VII 20] et sacerdos omnium collegiorum (insignia sacerdotiorum: Cohen 30—32), a. 247 imperator Caesar Augustus et pontifex maximus factus est [C. J. L. III dipl. 53. V 4056. X 3335; Eph. epigr. IV 647; Cohen 35].

Occisus est paullo post patrem [Aur. Vict. Caess. [agens 28 fitae annum *XII* [Aur. Vict. epit. 28].

Homo patricius.

De Philippis duobus cf. quae exposuit Mommsen in 'Zeitschr. v. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) VI p. 412 sqq.

97. IMP. CAESAR C. MESSIUS QUINTUS TRAIANUS DECIUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

A. 249 post mortem Philipporum imperator agnitus et pontifex maximus factus est [Borghesi opp. IV p. 285; Schiller l. c. I p. 803 adn. 4; C. J. L. III dipl. 56: *a. d. V K. Ian.*; Bull. d. comm. archeolog. com. 1881 p. 10]. Sacerdos omnium collegiorum (insignia sacerdotalia: Cohen 101).

Bello Gothico interfectus est a. 251 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 251: *before the end of this year*; Schiller l. c. I p. 807 adn. 1].

Homo patricius.

98. IMP. CAESAR Q. HERENNIUS ETRUSCUS MESSIUS DECIUS AUGUSTUS.

A. 249 Caesar [Aur. Vict. Caess. 29. epit. 29; Eutrop. IX 4; Oros. VII 21] et sacerdos omnium collegiorum (sacerdotiorum insignia: Cohen 14—16; Eckel VII p. 348 sqq.). Imp. Caesar Augustus et pontifex maximus factus a. 251 [Klein l. c. ad a. 251: *posteriore parte anni*; C. J. L. VI 1101 (1100); Cohen 7. 16. 18. 19. 37. 41; per lapicidae errorem titulus pontificis maximi filio tributus est, patri non item in inscriptione C. J. Gr. 2743 = Lebas, part. V 1624 (a. 250)].

Interfectus est una cum patre.

Homo patricius.

99. IMP. CAESAR C. VALENS HOSTILIANUS MESSIUS QUINTUS AUGUSTUS.

A. 249 fortasse post fratrem [de Rossi in 'Bull. d. Inst.' 1852 p. 15 sqq. et p. 132; Mommsen *ibid.* 1865 p. 27 sqq.; Schiller l. c. I p. 805 adn. 1] Caesar et sacerdos omnium collegiorum factus est (insignia sacerdotalia: Cohen 18. 25. 26); a. 251 post patris mortem Augustus cum Treboniano Gallo [Zosim. I 25; Aur. Vict. Caess. 30; Eutrop. IX 5] et pontifex maximus dictus est [C. J. L. VI 1102; Cohen 7. 8. 22. 24. 29. 42].

Ante finem anni pestilentia abreptus est [Clinton, Fast. Rom. a. 252; Zosim. I 26; Iordan. XIX 104; Aur. Vict. et Eutrop. ll. cc.].

Homo patricius.

**100. IMP. CAESAR C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS
PIUS FELIX AUGUSTUS.**

A. 251 imperator et pontifex maximus post Decii mortem (simul cum Hostiliano [Eckhel VII p. 354: *circiter exeunte Novembri*; Borghesi opp. VIII p. 337 sqq.; C. J. L. VI 1104 et p. 844. VIII 10046. 10292; Eph. epigr. V 1093; Cohen 91. Aemil. 38]. Sacerdos omnium collegiorum.

Interfectus est a. 253 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 254: *about February*; ante d. XI K. Nov. a. 253: Wilmanns 1022 adn. 1; Schiller l. c. I p. 810 adn. 2].

Homo patricius.

**101. IMP. CAESAR C. VIBIUS AFINIUS GALLUS
VELDUMNIANUS L. VOLUSIANUS PIUS FELIX AUGUSTUS.**

De nominibus: Borghesi opp. III p. 490. V p. 278.

A. 251 Caesar [Aur. Vict. Caess. 30; Eutrop. IX 5] et sacerdos omnium collegiorum (insignia sacerdotalia: Cohen 90) post Decii mortem, Augustus [Aurel. Vict. epit. 30; Zosim. I 24] et pontifex maximus Hostiliano mortuo factus est [Eckhel VII p. 366; Clinton, Fast. Rom. ad a. 252: *Volusianus was still Caesar at Jan. 1 A. D. 252*; C. J. L. VI 1104 et p. 844. VIII 10046. 10292; Eph. epigr. II 760; Cohen Treb. et Volus. 8. Volus. 91—97].

Occisus est a. 253 una cum patre.

Homo patricius.

102. . . . B. POMPONIUS BASSUS cos. a. 258 et a. 271.

Promagister pontificum collegii [C. J. L. VI 3836; de Rossi, Roma sotterranea II p. 282; Mommsen in 'Eph. epigr.' I p. 139].

Homo patricius (τοῦ γένους λαμπροῦ).

**103. IMP. CAESAR M. AEMILIUS AEMILIANUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.**

Imperator et pontifex maximus a. 253 [Eckhel VII p. 371: *circiter exeunte Augusto*; Clinton, Fast. Rom. ad a. 254; Schiller l. c. I p. 810 adn. 4; C. J. L. X 8011. 8012; Archaeol.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. VII p. 147; Cohen 32. 36. 39. 40]. Sacerdos omnium collegiorum.

Occisus est mense tertio principatus a. 253 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 254: *slain in May 254*].

Homo patricius.

**104. IMP. CAESAR P. LICINIUS VALERIANUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.**

A. 253 post Aemiliani mortem imperator et pontifex maximus factus [Eckhel VII p. 371; in titulo C. J. L. VIII 2482 (d. XI K. Nov. a. 253) Valerianus et Gallienus [cf. Fast. 105] Augusti, in privilegio militum in 'Eph. epigr.' IV p. 513 edito (d. VII Id. Ian. a. 254) pontifices maximi appellantur; C. J. L. X 8033; Notizie degli scavi 1883 p. 148; Cohen 171]; a. 260 captus est a Persis [Schiller l. c. I p. 821 adn. 8].

Homo patricius.

**105. IMP. CAESAR P. LICINIUS EGNATIUS GALLIENUS
PIUS FELIX AUGUSTUS.**

Non Caesar, sed statim Augustus a. 253 [Eckhel VII p. 389; Clinton, Fast. Rom. ad a. 254; Schiller l. c. I p. 812 adn. 2] et pontifex maximus videtur factus esse [C. J. L. II 2199; Cohen 797 sq.; cf. locos ad patrem pertinentes]; sacerdos omnium collegiorum cum patre cooptatus est (insignia sacerdotiorum: Cohen 789).

Occisus est a. 268 mense Martio [Eckhel VII p. 395; Clinton, Fast. Rom. ad a. 268; Schiller l. c. I p. 840 adn. 6].

Homo patricius.

**106. P. CORNELIUS LICINIUS VALERIANUS NOBILISSIMUS
CAESAR.**

Natus est a. 242.

A. 253 Caesar [Schiller l. c. I p. 812 adn. 6; C. J. L. X 4558] et sacerdos omnium collegiorum factus est (insignia

sacerdotiorum: Cohen Salonin. 45—47. 50—56. 58. Nummos enim eos, in quibus Salonini nomen deest, maiori filio Gallieni esse attribuendos puto, quamquam Cohen omnes Salonino minori filio adsignat [Mommsen in 'Abb. d. phil.-hist. Class. d. k. sächs. Ges. d. Wiss.' 1857 II p. 245 sq.; Schiller l. c. I p. 827 adn. 2; Henzen 5546]).

Interfectus est a. 259 [Schiller l. c. I p. 828 adn. 1; Clinton, Fast. Rom. ad a. 260: *about June*].

Homo patricius.

**107. P. CORNELIUS LICINIUS SALONINUS (VALERIANUS)
NOBILISSIMUS CAESAR.**

Caesar a. 259 in locum fratris [Aur. Vict. epit. 33; C. J. L. VI 1110 vivo fratre nondum nominatur. 1107 sq. X 7479; Clinton, Fast. Rom. ad a. 260; Mommsen, St.-R. II p. 1164 adn. 5] et sacerdos omnium collegiorum factus (insignia sacerdotiorum: Cohen Salon. 40—42. 44. 48. 57).

Interfectus est a. 268 cum patre [Schiller l. c. I p. 840 adn. 8].

Homo patricius.

De Valeriano, filio nepotibusque eius cf. Iulium Friedlaender in 'Zeitschr. f. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) X p. 61 sq.¹⁶⁾

**108. IMP. CAESAR M. AURELIUS CLAUDIUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.**

A. 268 post mortem Gallieni d. IX K. Apr. [vit. 4; Clinton, Fast. Rom. ad a. 268] imperator et pontifex maximus factus [C. J. L. II 3737. 3833; Lebas, part. V 2611]; sacerdos omnium collegiorum.

Pestilentia interiit a. 270 [Clinton, Fast Rom. ad a. 270: *before the summer*; Schiller l. c. I p. 849 adn. 12].

Homo patricius.

¹⁶⁾ In numero *tyrannorum triginta* [Eckhel VII p. 437 sqq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 389 sqq.; Schiller l. c. I p. 823 sqq.] fuerunt, qui titulum pontificis maximi sibi arrogantes nummis inscribi iusserunt (cf. nummos Victorini, Quintilli, Tetrici, Postumi). Sacerdotiorum insignia inveniuntur in nummis Quintilli et Tetrici filii [Borghesi opp. III p. 431; Zeitschr. f. Numismat. (edit. ab A. v. Sallet) VII p. 334 sq.].

109. IMP. CAESAR M. AURELIUS CLAUDIUS QUINTILLUS
AUGUSTUS.

Imperator et pontifex maximus factus a. 270 post
Claudii fratris mortem [vit. Claud. 12; Aurel. 37; Eutrop. IX 12];
sacerdos omnium collegiorum.

Brevi post [Aur. Vict. epit. 34: *paucis diebus*; vit. Claud. 12;
Eutrop. l. c.: *septimo decimo die imperii*; vit. Aurel. l. c.: *die vi-*
cesimo; Schiller l. c. I p. 850 adn. 10] occisus est.

Homo patricius.

110. IMP. CAESAR L. DOMITIUS AURELIANUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.

Imperator et pontifex maximus factus Quintillo occiso
a. 270 [Eckhel VII p. 479 sqq.; Clinton, Fast. Rom. ad a. 270;
C. J. L. II 4732. III 219. IX 5577; Lebas, part. V 2137];
sacerdos omnium collegiorum.

Interfectus est a. 275 [Schiller l. c. I p. 871 adn. 6].

Homo patricius.

Sequuntur pontifices ei, qui quo tempore vixerint, investigare
non potui.

111. C. APPULEIUS C. F. TAPPO.

Pontifex [C. J. L. I 1458. V 861].

Homo plebeius [C. J. L. V 862; Orelli 3827; Mommsen,
St.-R. I p. 555 adn. 1].

112. L. COSSONIUS . . .

III vir a. a. a. f. f. pontifex [C. J. L. IX 1122]. Nescio
an hic intellegendus sit ille L. Cossonius Eggius Marullus cos.
a. 184 [Henzen, Arv. p. 184], cuius saliatu et flamonium com-
memorantur in inscriptione C. J. L. VI 1978. Borghesi opp. V
p. 369 haec dicit: *Ora la casa degli Eggii mostra di aver tenuto la*
sua sede ad Eclano, da cui proviene la maggior parte delle sue
lapidi, . . .

Homo patricius [Willems, Le sénat de la république ro-
maine I p. 451. 482].

113. L. LICINIUS L. F.

Pontifex... leg. divi Aug. pro[praetore]... procos.
Bit[hyniae]... [C. J. L. VI 1442. Borghesi statuit esse eum,
cuius mentionem facit Plin. N. H. IX 89].

Homo plebeius?

114. METILIUS.

Pontifex [C. J. L. XIV 2810].

115. (C. QUINCTIUS TROGUS).

[C. J. L. X 1726].

Homo patricius.

116. M. TITIUS L. F.

Pontifex patronus coloniae Auximi [C. J. L. IX 5853].

117. VALERIUS CATULLUS.Pontifex; fortasse pater L. Valerii Catulli Messalini eos.
a. 73 [C. J. L. XIV 2095; Suet. Gai. 36; Borghesi opp. V p. 528 sq.]**Fragmenta.**C. J. L. V 881. VI 1630. 1982. 1983. VIII 1777. IX 2216.
X 4749; Notizie degli scavi 1887 p. 32 b (p. 113). p. 115.¹⁷⁾

¹⁷⁾ Fortasse inter salios Palatinos [C. J. L. VI 1978 sqq.] inveniuntur etiam alii, qui propter pontificatum acceptum exierunt ex hoc collegio. — De inscriptionibus C. J. L. VI 2184 sq. cf. Theodorum Mommsen in 'Eph. epigr.' V p. 656 (cf. Fast. 35). — Denique in inscriptione C. J. L. VI 1545 pontificatus inseri non potest, nisi forte haec saeculo tertio posita est quo eidem homini duo summorum sacerdotiorum tribui licebat.

Caput II.

De pontificum maximorum et pontificum inde ab Augusto usque ad Aurelianum condicione publica.

§ 1.

De Augustorum pontificatu maximo.

Inde ab anno u. c. 742, quo Octavianus pontifex maximus creatus est Lepido mortuo, summum sacerdotium semper necessario coniunctum fuisse cum principatu constat [Mommsen, St.-R. II p. 1106].¹⁾ Qua in re quae similitudo intercederet inter regum et imperatorum aetatem, scriptores non omiserunt commemorare [Serv. ad Vergil. Aen. III 80; Zosim. IV 36]: reges enim ipsi quoque omnes a Numa in pontificum collegio primum habuerunt locum [Mereclin l. c. p. 86 sqq.; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 189; Mommsen, St.-R. II p. 21; Marquardt, St.-V. III p. 240]. Sic imperium continebatur potestate maiestateque tribunicia [Tac. ann. III 56; Vopisc. vit. Tacit. 1] ac sacerdotali [Dio LIII 17]; hanc autem maiorem et praestantiorum illa putari [Tac. ann. III 58] imperatores voluisse vel inde intellegitur, quod in publicis titulis et in nummis ordo is solebat servari, ut pontificatus maximus primo loco sequeretur cognomina honoraria [Mommsen, St.-R. II p. 20 et in 'Zeitschr. f. Numismat.' I p. 238].²⁾ Itaque nemo est, quin in eo offendat, quod pontificatus maximus imperatoris T. Antonini

¹⁾ Itaque ex hoc anno pontifices maximi semper fuerunt patricii [Eckhel VIII p. 380 sqq.; Mommsen, St.-R. II p. 789].

²⁾ C. J. L. IX 1109: [*Nero Claudius Caesa*]r Au[g. Ger]mani[*cus pont*]ifex max[*imus pontificis maxi*]mi f.]. Alio loco collocatur pontificatus maximus: C. J. L. VI 2040 [Henzen, Arv. p. LXVI adn. 1; Mommsen, St.-R. II p. 781 adn. 1]. II 2703. 4686. 4701. 4703. 4931. 4936 sq.; Orelli 642; Wilmanns 955; cf. Fast. 84. Qua de causa omissus sit in titulo Hadriani a L. Aelio

Pii in nummis et aeneis et argenteis aureisque persaepe deest ceteris titulis exhibitis: cuius rei causa probabili quidem coniectura indagari posse mihi videtur.

Primum consideres tecum velim, quod in nummis a. 138 signatis et *Pius* et *pontifex maximus* legitur [Cohen 66—80. 638—644. 656. 658 sq.: neque *Pius* neque *pontifex maximus*: Cohen 128 sqq. 144. 597 sqq.; *pontifex maximus*, *Pius* non item: Cohen 574. 637. 660—665]. In nummis autem a. 139 censis et nomen una cum titulo conspicitur [Cohen 81—103. 480 sqq. 634 sq. 645—653. 666] et nomen solum (iam d. VI Id. Iul. [Cohen 168. 365. 368. 465. 575—578. 743. 842—849. 856 sqq. 867 sqq. 878 sqq.—840 sq. 850 sqq. 859—866. 871—877]); atque inde ab anno 140 semper fere omissus est *pontificatus maximus* [adest: Cohen 492 sq. 523. 528. 636. 654]³⁾

Deinde dubitari non potest, quin verba *Pietas Augusti*, quorum persaepe mentio fit in nummis Antonini Pii, significatione quadam spectent ad nomen Pii [Cohen 597—633]: in eis enim sensum usque ad suum tempus inusitatum — eadem verba repperi in priorum principum nummis [Eckhel VIII Ind. p. 548; Cohen Galb. 160. 280. Tit. 151. Trai. 199 sq. Hadr. 1021—1048] — inesse voluisse T. Antoninum Pium comprobatur nummis M. Aurelii a. 140 signatis, in quorum aversa parte primum *Pietas Augusti* cum insignibus sacerdotalibus coniuncta est, quod exemplar posteris deinceps imitationi fuit [Fast. 53; Eckhel VII p. 46]. Similiter *Pietas* Antonini est interpretanda atque Elagabali *Indulgentia* [Cohen Alex. Sev. 65—68]: ut Alexander Severus indulgentia Elagabali Caesar, sic M. Aurelius sacerdos omnium collegiorum pietate Antonini factus est.⁴⁾

Caesare filio dedicato [C. J. L. III 4366], nescio. In inscriptione Lusitana [C. J. L. II 4676 (cf. ibid. 4889) a. 217] nomen *pater militum* locum pontificatus maximi occupat.

³⁾ In duobus [l. 3 (a. 139)] quattuor et viginti nummorum aeneorum Antonini Pii, qui descripti sunt in 'Catalogue of the Roman Coins in the British Museum' *Pius* et *pontifex maximus* nobis occurrit, in ceteris deest sacerdotium; in inscriptionibus interdum neglecta est dignitas pontificalis [Orelli 511. 865].

⁴⁾ Cf. verba *Pietas Augg.* in nummis Gordiani III incisa (Fast. 94); Kenner in 'Numismat. Zeitschr.' XVII p. 58 dicit: ...mit der Aufschrift *Pietas Aug(usti)*, *welch' letztere indirekt auf die Quelle ihrer neuen Würde hindeutet.* In Antonini Pii sacerdotalibus ut ita dicam nummis *Pietas Augusti* abest: ut ipse se in omnia collegia reciperet, fieri non potuit.

Denique in nummis T. Antonini *Pius* pro dignitate pontificis maximi videtur esse substitutum, quod semper huius locum tenet (cf. *Pietas* in nummis Cohen 597—633); ceteri autem imperatores, qui Pii appellati sunt, hunc titulum cognominum ordini inseruerunt (*Pius Invictus Augustus*, *Pius Felix Augustus*, *Pius Pertinax Augustus*) et pontificatum maximum secundum usum priorem collocaverunt.

Unde colligo, quaecunque de causa Antoninus vocatus est *Pius*,⁵⁾ ex imperatoris animo ac consilio notionem eam huic nomini fuisse subiectam, ut magis quam titulo Augusti cum honorum potestas eo significaretur [Mommsen, *St.-R.* II p. 773; Dio LIII 18: *δύναμις*; Dion. Halic. II 73: *ἐξουσία*]; continebatur nomine Pii munus summi et amplissimi sacerdotis, quod pietas in sacra, insignis erga caerimonias publicas religio pontificum maximum praeter ceteros decebat.

Cum Caesari, qui Augusto successurus esset, soleret deferri tribunicia potestas, ut consors imperii factus in proximo principem loco esset collocatus, pontificatum maximum ei impertire non licuit; etiam ubi complures Augusti (duo aut tres) collegae dignitate et iure principali aequati rempublicam administrabant Romanam — id quod saepius accidit, postquam M. Aurelius a. 161, ut L. Aurelius Verus frater adoptivus particeps esset imperatoriae potestatis, concessit —, cum uno ex eis, cum seniore⁶⁾ videlicet Augusto, summus sacerdotalis honor conveniebat usque ad a. 238, quamquam in inscriptionibus provincialibus, perraro in Italicis, et in nummis extra Italiam signatis Caesaribus et Augustis, quibus delatus non erat, pontificatus maximus sive

⁵⁾ Vit. Hadr. 24; vit. Anton 2. 5; vit. Avid. Cass. 11; Eutrop. VIII 8; Pausan. VIII 43,5; Dio LXX 1; C. J. L. VI 1001; Orelli 855. Eckhel VII p. 36 dicit: *Verius crediderim, illustrem illi hunc titulum non ab una causa, sed ab omnibus hic commemoratis, et per probatam multiplici specimine pietatem fuisse inditum, sic ut Pius iam omnium ore vocaretur, antequam senatus consultum accederet.* Rubino 'Beiträge zur Vorgeschichte Italiens' Lipsiae 1868 p. 256—262; Bossart et Müller in 'Untersuch. z. röm. Kaiser-gesch.' (edit. a M. Büdinger) II p. 295. 298. 301 sqq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 363; Schiller l. c. I p. 628 adn. 3.

⁶⁾ Brevitatis causa ita distinguo Augustos, quamquam aliam sententiam nominibus iunioris et senioris Augusti subesse non ignoro [Mommsen, *St.-R.* II p. 1171 adn. 1].

adulatione sive errore interdum adscriptus est.⁷⁾ Tituli enim publici (ut diplomata militaria) et nummi imperatorum senatusque plane comprobant verba Dionis [LIII 17]: ἀρχιερέων τε τινὰ ἀδῶν, καὶ θεοῦ καὶ τρεῖς ἄμια ἄρχουσιν, εἶναι.

Itaque dubitari non potest, quin imperator Caesar L. Aurelius Verus Augustus pontifex maximus creatus non sit.⁸⁾ Contenderunt igitur homines doctissimi imperatorem M. Aurelium, in cuius titulis et nummis persaepe omissus est pontificatus maximus, abstinuisse hac dignitate, ne frater collega offenderetur [Wilmanns 948].

Quae sententia meo quidem iudicio claudicat. Nam primum Lucius consueverat fratre esse inferior [vit. Ver. 3; Marc. 6], praecipue honoribus sacerdotalibus: Marcus [Fast. 53] iam a. 139 ab Antonino Pio Caesar et omnium collegiorum sacerdos factus est, Lucius [Fast. 61] Pio imperante Caesaris titulo caruit et a. 154 in uno collegio augurum fuit. Deinde si res ita se habuisset, Marcus semper vereri debuit summum sacerdotium commemorare: neque vero modo in permultis nummis hoc impressum est [Cohen 45. 72. 400 sqq. 466 sqq. 795 sqq. 1048 sqq.], sed in actis fratrum Arvalium, in privilegiis militum veteranorumque aliisque titulis publicis et privatis Romae positis semper fere M. Aurelius pontifex maximus nominatus est [Eph. epigr. II p. 460; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. VIII p. 26; C. J. L. III dipl. 46. VI 1012. 1241. 2097. IX 5826; Wilmanns, Ind. p. 513; Henzen, Ind. p. 69]. Denique post L. Veri mortem in nummis, rarius in marmoribus, M. Aurelii pontificatus maximus silentio premitur item atque antea [Cohen 3 sqq. 164 sqq. 265 sqq.; C. J. L. III 1450; Henzen 6015]. Quid Marcum eo indulgentiae verecundiaeque processisse putamus, ut etiam mortuo fratre nollet sibi adscribi honorem sacerdotalem, quo ille caruisset?

⁷⁾ Mommsen, St.-R. II p. 1108; Wilmanns 949 adn. 2; Henzen 5483; Orelli 2148; C. J. L. VIII 9035. IX 4117. X 17; Eph. epigr. V Ind. p. 661 et p. 663; Cohen Tit. 95. 107. 153 sq. Domit. 369. Trai. 202. Carac. 10. 173 sq. 181 sqq., ubi Cohen legi vult: Parthicus maximus (cf. l. c. IV p. 140). Get. 99. 209.

⁸⁾ Praeter inscriptiones a Theodoro Mommsen [St.-R. II p. 1108 adn. 1] collectas cf. C. J. L. VI 1021 sq. 1241. 2091; Eph. epigr. II p. 460. In nummis Veri pontificatus maximum non inveni.

Immo vero, quod deest pontificatus maximus in inscriptionibus nummisque M. Aurelii, alia causa circumspicienda est: patris rationem auctoritatemque secutus M. Aurelius omisit eum, idemque senatus in nummis, homines privati civitatesque in titulis fecerunt. Sed cum pater significaret amplissimum sacerdotium nomine gravissimo sanctissimoque, filio non contigit, ut eadem compensatione uteretur, quod successori senatus Pii nomen non aeque tradere voluit atque Augusti [Mommsen, St.-R. II p. 773 sq.]⁹⁾ Eadem autem sententia in nummis sacerdotalibus Commodi Caesaris (cf. Fast. 65) sub verbis *Pietas* M. Aurelii sine ulla dubitatione est subicienda, quae inest in verbis *Pietas* T. Antonini in nummis M. Aurelii.

Hic satis est commemorare inde ab aetate Commodi saepius in nummis, rarius in inscriptionibus pontificatus maximi mentionem non fieri ceteris titulis enumeratis.

Forsitan quaerat quispiam, qua de causa sit factum, ut pontificatus maximus, cum in reliquis par potestas auctoritasque collegae concederetur, per tam longum tempus cum eo non communicaretur: profecto regibus expulsis duo summi magistratus ut essent in republica collegae pari potestate, lege constitutum est, divinarum rerum cura uni commendata, qui magister collegii pontificum in locum regis summi sacerdotis successit, quasi regalis potestatis vestigium mansit liberae reipublicae temporibus quamvis coercitum collegii iure [Mommsen, St.-R. II p. 22; Marquardt, St.-V. III p. 247]. Sic neminem fugit in pontificatu maximo imperatores religiosissime id conservari voluisse, quod constabat antiquo sanctoque usu — hanc principum rationem identidem illustrare meum erit —, praesertim cum fieri non posset, quin sanctitas maiestasque paene divina, qua esset imperator ut pontifex maximus, imminueretur, si alter et tertius haberetur *summus hominum* [Tac. ann. III 58].

Pontificatus maximus singulis deferebatur, quamdiu Augusti aut statim cum imperio accepto aut postea consortem sibi adsumebant: cum autem a. 238 primum a senatu simul duobus principatus decerneretur, nihil fuit reliquum, nisi ut differentia,

⁹⁾ M. Aurelius Pii nomine ornatus non est vivus, sed consecratus [Eckhel VII p. 74: *In hoc nomen Aurelio per adoptionem Antonini Pii ius quidem fuit.* VIII p. 433; C. J. L. VI 992. 1028. 1032; Henzen, Ind. p. 68].

quae usque ad id tempus erat inter Augustos, tolleretur. Itaque inde ab hoc anno nihil iam obstitit, quominus duo vel tres crearentur pontifices maximi. Adhuc inter omnes constare videtur imperatores Pupienium et Balbinum (cf. *Fast.* 92 et 93) primos simul a senatu accepisse pontificatum maximum [Bouché-Leclercq l. c. p. 385; Schiller l. c. I p. 791; Mommsen, *St.-R.* II p. 1108], equidem iam duos Gordianos (cf. *Fast.* 90 et 91) arbitror. Neque enim Iulius Capitolinus primum in Pupienio et Balbino antiquum morem dissolutum esse contendit [vit. Max. et Balb. 8] et inde, quod uno senatus consulto ambo Gordiani pater et filius Augusti sunt appellati [vit. Maxim. 14—16; vit. Gordd. 8. 11; Herod. VII 7; Zosim. I 14; Zonar. XII 17], sequitur, ut senatum iam tum non dubitasse statuamus evertere legem, quam diebus viginti vel viginti duobus post eum non servasse traditum est. Confirmatur mea sententia hoc nummo aeneo, quem Cohen Gordiano filio tribuit [Cohen 4]: *Imp. Caes. M. Ant. Gordianus Afr. Aug. — p. m. tr. p. cos. p. p. s. c.*¹⁰⁾ Quod si probatur, in fastis sacerdotalibus C. J. L. VI 2009 (= Henzen 6058) Gordianus filius non pontifex nominandus est — praeterquam quod nulla est causa, cur in marmore hic titulo pontificis honoretur, Aurelius Antoninus, Diadumenianus, Severus Alexander, Maximus non item —, sed pontifex maximus.

Quater usque ad Aureliani tempora simul duo Augusti itaque duo pontifices maximi creati sunt [cf. *Fast.* 90. 91. 92. 93. 99. 100. 104. 105]; saepius factum est, ut Augustus Caesarem

¹⁰⁾ Titulorum et nummorum Gordianorum numerus perquam exiguus est [Archives municipales de Bordeaux. Inscriptions romaines de Bordeaux par Camille Jullian. *Burdigalae 1887* I p. 102 sqq.]. Patris pontificatus maximus apud Henricum Cohen in duobus nummis incisus occurrit, insignia sacerdotalia in uno aeneo filii [Cohen 3], quamquam sine dubio eadem paternis sunt inscripta; atque facilius utriusque nummi possunt confundi, quam Eckhel et Cohen putant (cf. *Kgl. Münzkab.* 1036 sq.). Eckhel quaerit [VII p. 301]: ... *post dies non multos a Gordianorum obitu certum est binos una fuisse pontifices maximos Balbinum atque Pupienum, cur idem honos non poterat deferri utrique Gordiano?*; sed veram esse Vaillantii sententiam profitetur, pontificatum maximum solum Gordiano seniori posse attribui: *At postquam secundis curis video, rationem, propter quam Balbinus et Pupienus uno tempore pontifices maximi dicti fuere, non posse valere ad Gordianos...*, cuius opinionis causam non intellego.

collegam inferiorem sibi adscisceret, qui postea interdum Augusto vivo pari potestate dignitateque tollebatur [Mommsen, St.-R. II p. 1164 sq.]: atque etiam ipse imperator Caesar Augustus vocatus maximum pontificatum suscipiebat [cf. Fast. 94. 96. 98. 99. 101].¹¹⁾

Adhuc qui imperator Caesar Augustus nominatus esset, ei summum sacerdotium tradi solitum esse exposui: nunc videamus, quomodo principes facti sint pontifices maximi.

Ac primum fuit lex, cui imperatorem satisfacere necesse erat, priusquam susciperet pontificatum maximum [Mommsen, St.-R. II p. 788]? Haec ex liberae reipublicae temporibus relicta religiosissime servabatur: pontificem maximum nisi ex pontificum numero creare non licet. Cuius condicionis duplici modo habita est ratio: aut enim novi imperatores iam, cum Caesares erant, inter pontifices cooptati erant, ita ut nihil esset impedimento, quominus principatum adepti proveherentur ad amplissimum sacerdotium [Fast. (1). (4). 18. 23. 29. 30. (38). 53. 65. 73. 85. 94. 96. 98. 99. 101], aut, si pontificibus adscripti non erant, primum in hoc collegium recipiebantur succedentes in locum demortui imperatoris, tum nonnullis diebus post creabantur pontifices maximi. Quamquam hunc fuisse legitimum usum rerum scriptores nusquam memoriae prodiderunt, et imperator Otho solus quo die ad pontificatum, quo ad maximum pontificatum pervenerit, fratrum Arvalium actis cognoscitur (cf. Fast. 25). Sed cum iam ostenderim et sim ostensurus, quam diligenter imperatores id studuerint, ne pontificatus maximi instituta ex republica accepta mutarentur, nonne iure optimo licet conicere id, quod de Othone traditum est, recte dici posse de

¹¹⁾ Error subest in nunmo Maximini Dazae relato in 'Numism. Zeitschr. I p. 437: *Maximinus nob[ilissimus] C[ae]sar* — *p m tr p p p procos.* — Hoc loco commemoro, cum tres Augusti regerent rempublicam Romanam, necessario tres fuisse pontifices maximos: exempli causa nomino Constantini filios (a. 337), quamquam pontificis maximi titulus Constantio soli attributus adhuc inventus est [C. J. L. III 3705], et Valentinianum Valentem Gratianum inde ab a. 367 ad a. 375 [C. J. L. VI 1175]). Postrenus pontifex maximus idemque Augustus Romanus fuit Gratianus, qui a. 375 repudiavit hoc summum sacerdotium, quod — ut dicit Zosimus [IV 36] — ἀθέμιτον εἶναι Χριστιανῶν τὸ ἐχέμα (togam praetextam pontificalem, quam ei obtulit collegium) putaret [Mommsen, St.-R. II p. 1108; Marquardt, St.-V. III p. 246; Bouché-Leclercq l. c. p. 418].

ceteris imperatoribus, qui, antequam principatum assequerentur, in pontificum collegio non erant [Fast. 19. 24. 25. 26. 28. 37. (38). 48. 52. 70. 71. 72; cf. Cap. I adn. 5]?

Quae antiqua sanctaque lex obtinebatur in creando pontifice maximo per totam imperatorum aetatem, ubi Caesar — nam Caesares fuisse pontifices postea demonstrabo — perveniebat ad Augusti potestatem. Neque vero mirandum est posterioribus temporibus, si quando Augusto pontificatus maximus decerneretur, qui antea Caesar non fuisset, illam iam non dignam visam esse, quae servaretur: Augustus enim, quamquam inter pontifices nondum erat, ipso imperii die a senatu pontificatum maximum accipiebat, ita ut simul et pontifex maximus et pontifex fieret. Paulo autem post signabantur nummi, qui memoriam eius in omnia collegia cooptationis retinerent [Fast. 82. 84. 88. 90. 91. 92. 93. 95. 97. 100. 103. 104. 105. 108—110].

Qui imperator primus, cum pontifex non esset, pontificatum maximum sit adeptus, hoc loco in medio relinquo: haec enim quaestio artissime cohaeret cum illa, quando primum principi ipso imperii die a senatu simul cum ceteris potestatibus et honoribus pontificatus maximus sit decretus, ad quam tractandam nunc progredior (cf. p. 58).

Venio ad alteram partem disputationis, qua mihi propositum est disquirere, quomodo principes ad summum sacerdotium pervenerint: id enim hic ago, ut explicem, per quem pontificatus maximus sit delatus.

Quae valet adhuc sententia, inde ab a. 14 senatum pontificatum maximum tribuisse Augusto [Borghesi opp. III p. 410; Mercklin l. c. p. 149 sqq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 352 sq.; Henzen, Arv. p. 68; Mommsen, St.-R. II p. 31 et p. 1107], a me probari non potest. Sed priusquam transeam ad hanc refutandam, paucis exponam, quomodo olim liberae reipublicae temporibus pontifex maximus electus sit.

Primo per collegium, deinde per comitia minoris partis populi id est inde ab a. 514 per septendecim tribus sorte destinatas ex pontificibus creatus est pontifex maximus. A qua lege usque ad annum 710 discessum non est [Mommsen, St.-R. II p. 30]: adsentior enim Constantino Schwede¹²⁾ [p. 17 sq.],

¹²⁾ C. Schwede 'De pontificum collegii pontificisque maximi in re publica potestate' Lipsiae 1875.

qui comprobari posse negat eam a. 673 a Sulla, qui ius sacerdotum cooptandorum a populo ad collegia transtulit, esse sublatam, ita ut pontificis maximi electio aequae atque antea a pontificibus fieret, et a Labieno a. 691 restitutam. Nam Caesarem hoc anno per comitia¹³⁾ factum esse pontificem maximum referunt Suetonius [Caes. 13] et Dio [XXXVII 37]. Anno autem 710 post Idus Martias M. Aemilius Lepidus Antonio auctore in locum Caesaris interfecti substitutus est pontifex maximus non per comitia, sed per collegium [Dio XLIV 53]. Quamvis similibus verbis Dio actionem Labieni et Antonii memoriae tradiderit,¹⁴⁾ de nova lege Antonii, qua electio Lepidi sit sancta, cogitandum non est [Mercklin l. c. p. 146 sq.; Madvig¹⁵⁾ II p. 605; Mommsen, St.-R. II p. 31 adn. 3]. Dio nihil aliud dicit nisi Antonium, penes quem fuit potentia, in rebus tam tumultuariis et confusis per se solum facere potuisse pontificem maximum, sed misisse auctoritatem suam ita, ut concederet pontificibus statim eligere, quem ipse eis proposuisset. Antonius autem cur violavit antiquam legem? Ex Dionis verbis causa dilucide cognosci non potest: ceteri rerum scriptores probant futurum fuisse, ut in comitiis non Lepidus, sed Octavianus, Caesaris filius adoptivus et heres, crearetur, cui paulo antea plebiscito ius summi sacerdotii post patris mortem suscipiendi tributum esset [Dio XLIV 5. XLV 3].¹⁶⁾ Quid enim Livii verba [epit. CXVII]: *In confusione rerum ac tumultu M. Lepidus pontificatum maximum*

¹³⁾ Hoc est: per XVII tribus [Mommsen, St.-R. II p. 27 adn. 3]. Non recte Mercklin [l. c. p. 145] et Bouché-Leclercq [l. c. p. 334] Caesarem per XXXV tribus pontificatum maximum adeptum esse statuerunt.

¹⁴⁾ Dio XXXVII 37: ... τὰς αἰρέσεις τῶν ἱερέων, γράψαντος μὲν τοῦ Λαβιήνου σπουδάζαντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἐς τὸν δῆμον ἀθις ὁ ὄμιλος παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον ἐπανήγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν τοῦ Δομίτιου. Dio XLIV 53: ... ὅπως γὰρ δὴ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτὸ ποιήσῃ (Antonius), ἐς τε τοὺς ἱερέας ἀθις ἀπὸ τοῦ δήμου τὴν ἀρρεσιν τοῦ ἀρχιερέως ἐπανήγαγε, κἀν τοῦτοις αὐτὸν (Lepidum) οὐδὲν ἢ ὀλίγα τῶν νενομισμένων πράξας ἐτέλεσε, δυνήσεις ἂν αὐτὸς ἱερώσασθαι. Cf. Appiani verba bell. civ. II 132.

¹⁵⁾ Madvig 'Die Verfassung und Verwaltung des römischen Staates' Lipsiae 1882.

¹⁶⁾ Mercklin l. c. p. 150; Rubino 'De augurum et pontificum apud veteres Romanos numero' Marburgi 1852 p. 15 adn. 2; Bouché-Leclercq l. c. p. 338; Willems l. c. II p. 737. — Mommsen [St.-R. II p. 1106 adn. 6] Octaviano hereditatis iure pontificatum maximum esse concessum negat.

intercepit, quid Augusti ipsius [Mon. Ancy. p. 45]: *qui civilis motus occasione occupaverat* — τοῦ προκατειληφέντος αὐτὴν ἐν πολιετικαῖς ταραχαῖς significant, nisi Lepidum celeriter occasione data eripuisse pontificatum maximum alteri, qui iure suo eum vindicaret? Quid Vellei Paterculi [II 63]: *qui pontifex maximus in C. Caesaris locum furto creatus*... nisi Lepidum fraudasse alterum sacerdotio? Neque vero ea re sola, quod Lepidum praeter legem electus erat, effici potuisse puto, ut populus religionem institutaque sacra adeo neglegeret, ut vivo pontifici maximo munus auferre vellet, id quod usque ad id tempus nunquam acciderat [Mon. Ancy. p. 45; Senec. de clem. I 10; Suet. Aug. 31; App. bell. civ. V 126. 131; Dio XLIX 15. LIV 15. LVI 38].

Iam quaeritur, penes quem aetate imperatorum fuerit facultas creandi pontificis maximi.

Antonium non pertulisse novam legem inde quoque intellegitur, quod Octavianus a. 742 pridie Non. Mart. post Lepidi mortem pontificatum maximum suscepit priore usu per comitia populi (id est per septendecim tribus sortitas) substitutus: abrogatam autem esse Antonii legem iterumque translata electionem pontificis maximi ad comitia a collegio memoriae traditum non est. Sic Octaviani quidem permultum interfuisse accipere summum sacerdotium ritu antiquo et sancto cognoscimus:¹⁷⁾ quod exemplum utrum ceteri imperatores sint imitati necne, huc spectat quaestio, quae sequitur.

Octaviano uni comitia septendecim tribuum pontificatum maximum detulisse, senatum ceteris principibus — de Tiberio alius aliter iudicavit — eosque tum renuntiatis esse in comitiis adhuc homines docti consentiunt [Mercklin l. c. p. 150; Bouché-Leclercq l. c. p. 352 sq.; Henzen, Arv. p. 68; Mommsen, St.-R. II p. 31 et p. 1107; Herzog l. c. II p. 154 sq.]. Cuius opinionis tamquam ansas sibi dari putant verbis Taciti [ann. I 15]: *tum primum (a. 14) e campo comitia ad patres translata sunt*, [hist. I 47]: *decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores*, [hist. II 55]: *in senatu cuncta longis aliorum*

¹⁷⁾ Dionis verba [LIV 27], quibus narratur, quam indigne passus sit Octavianus, quod senatus auctoritate electionem a tribubus factam confirmare vellet, mea quidem sententia Ambrosch [Studien und Andeutungen im Gebiete des altrömischen Bodens und Cultus I Vratislaviae 1839 p. 41] et Bouché-Leclercq [l. c. p. 340] non recte sunt interpretati.

principatibus composita statim decernuntur (Vitellio), [hist. IV 3]: *senatus cuncta principibus solita Vespasiano decernit* [Mommsen, St.-R. II p. 786 adn. 4], Iulii Capitolini [vit. Macr. 7]: *eundem... pontificem maximum appellavit* (senatus), [vit. Max. et Balb. 8]: *decretis ergo omnibus imperatoriis honoribus atque insignibus... pontificatu maximo...*, Aelii Lampridii [vit. Alex. Sev. 8]: *Gratias vobis, p. c.,... de pontificatu maximo..., quae omnia novo exemplo uno die in me contulistis*, Flavii Vopisci [vit. Prob. 12]: *decerno igitur, p. c.,... pontificatum maximum...* Qua de sententia, cui errorem subese arbitrator, denuo instituam quaestionem.

Ac primum Taciti verba [ann. I 15; Vell. Pat. II 124] ad electiones magistratuum ordinariorum, quae usque ad annum 14 re vera pendebant cum ex voluntate tribuum tum ex principis commendatione [Dio LIII 21], referri necesse est, non ad comitia, quibus imperatoris unius potestates et dignitates propriae decernebantur [Mommsen, St.-R. II p. 876]: quo iure Mommsen ordinatione comitorum a Tiberio facta quicquam esse commutata negat comitia ea, quibus tribunicia potestas tradebatur imperatoribus, eodem efficere licet comitia pontificatus maximi post a. 14 eiusdem momenti fuisse atque antea. Quocum optime congruit, quod Tiberius ipse anno 15 d. VI Id. Mart. [Fast. 4] per comitia pontifex maximus creatus est; neque enim dubitari potest propter verborum similitudinem [C. J. L. IX 5289]: [*imp. Caes}ar pontif. maxim. cre{atus est}*], [Orelli 686]: *qua die Ti. Caesar pontif. maximus felicissime est creatus*, [C. J. L. I p. 387 = VI p. 630]: *hoc die Caesar pontif. maxim. fact. est*, [l. c. I p. 314 et p. 322 = VI 2299]: *quod eo die Ti. Caesar pont. maxim. est factus*, quin Augustus et Tiberius eodem modo id est per comitia summum acceperint sacerdotium.

Huc accedit, quod Tiberius septem fere menses praetermisit, priusquam sibi tribui concederet pontificatum maximum: num putamus eum expectaturum fuisse, dum adesset mensis Martius anni sequentis, nisi diligenter servare voluisset rationem ab Octaviano initam, qui Lepido a. 741 mortuo per comitia creatus a. 742 pridie Non. Mart. in locum vacuum successit? Quorsus igitur pertinet haec argumentatio? Cum et comitia, per quae Octaviano et Tiberio delatus est pontificatus maximus, idem valuerint atque temporibus liberae reipublicae habita neque electio pontificis maximi a. 14 senatui sit concessa, nonne statuendum

est in comitiis a. 69 d. VII Id. Mart. habitis imperatorem Othonem non renuntiatum, sed creatum esse pontificem maximum?¹⁸⁾

Iam venio ad alteram causam, qua non solum haec mea sententia confirmatur, verum etiam comprobatur post Othonem pontifices maximos per comitia creatos esse, non a senatu.

Cum enim imperatores tribuniciam potestatem gesserint et numerarint non ex eo die, quo comitia tribuniciae potestatis instituta essent, sed ex die imperii (a temporibus Nervae ex die X mensis Decembris [Mommsen, St.-R. II p. 796 sqq. 840 sqq. 874 sqq.]), ita ut senatus consultum fuisse maximi momenti, nullius comitia appareat, probare posse mihi videor usque ad initium tertii saeculi principes senatumque coepisse titulum pontificis maximi incidere in nummis marmoribusque non inde a primo principatus die, sed a posteriore aliquo [Mommsen in 'Zeitschr. f. Numismat.' I p. 238 sqq.; St.-R. II p. 1106 sqq.]. Gravissimis ntor testibus his:

Nero [Fast. 23], qui imperium adeptus est d. III Id. Oct. a. 54, aliquamdiu partim titulo pontificis maximi caret, partim pontifex solum nominatur;¹⁹⁾ tum demum a. 55 summi sacerdotii eius in nummis et inscriptionibus mentio fit. In nummis aureis, argenteis, aeneis Galbae, Othonis,²⁰⁾ Vitellii, Vespasiani [Fast. 24—26. 28] paullo post principatum susceptum signatis, in privilegio militibus a Vespasiano dato qua de causa horum imperatorum tribunicia potestas legitur, pontificatus

¹⁸⁾ Non semper mense Martio comitia pontificatus maximi sunt instituta [Mommsen, St.-R. I p. 589 adn. 2. II p. 1107; cf. Fast. 18. 19. 23—26. 28—30. 37. 38]. — Si Henzen [Bull. d. Inst. 1869 p. 88 (C. J. L. VI 2042)] recte indicavit: *congiungendo adunque la tavola degli anni 58 e 59 co' frammenti nuovi e riunendo con questi gli anzimentorati numeri del Marini, abbiamo finalmente completi gli atti d'un intero anno del' età di Nerone*, valde est mirandum nobis, quod hoc anno 59 nulla exstat mentio sacrorum ob comitia pontificatus maximi Neronis celebratorum [Mommsen, St.-R. II p. 841 adn. 3].

¹⁹⁾ Quamquam error apertus subest Neronis nummis Cohen 49. 56 sq. 239 sq. — hybridae enim sunt —, res ipsa tamen non mutatur.

²⁰⁾ Adhuc Othonis nummi a senatu excusi desunt. Mommsen senatum exspectasse putat, dum Otho pontifex maximus in comitiis crearetur; sed ne tum quidem eum nummos signasse, quod imperator paullo post urbe cessisset [Schiller l. c. I p. 375; Asbach in 'Histor. Taschenb.' 1888 p. 153].

maximus non item, si modo hic simul cum illa primo imperii die a senatu decretus est? Domitianus Augustus [Fast. 30] cur contentus est pontificis dignitate, cur silentio praeterit pontificatum maximum, si senatus ei iam detulit hanc dignitatem? Nervae pontificatus maximus deest in nummo Cohen 104 [Fast. 37], T. Antonini Pii in inscriptionibus C. J. L. VI 999. II 4057 [Fast. 52]; postea autem tam saepe omissus est in inscriptionibus nummisque [Fast. 65], ut certa documenta sententiae meae non iam possim afferre.

Quibus testimoniis comprobari puto imperatoribus senatuique non licuisse ab ipso imperii die pontificis maximi titulum nummis marmoribusque inscribere aequae ac tribuniciae potestatem, sed postea concessum esse hoc ius: quod per comitia eis traditum esse verisimillimum est. Unde efficitur, ut comitia pontificatus maximi imperatorum temporibus eandem vim habuisse statuamus quam antea, ita ut in comitiis pontifex maximus non renuntiaretur, sed crearetur. Facile igitur intellegitur imperatorum nihil interfuisse, utrum paullo an multo post senatus consultum, quo eis decreta esset tribunicia potestas, comitia haberentur: potestne autem iusta proferri causa, cur principes antiquum morem comitia mense Martio habendi retinuerint aut longum tempus (complures menses) praetermiserint, dum instituerentur, si in eis pontificatus maximus a senatu primo imperii die decretus tantummodo renuntiabatur? Immo vero ius tituli illius gerendi per haec demum comitia imperatoribus dabatur. Haec habui, quae adderem ad Theodori Mommsen verba [St.-R. II p. 1107]: *Dass indess dem Rechte nach der Oberpontifical selbständig neben dem Principat steht, tritt deutlich hervor in der verschiedenen Übertragung beider Stellungen. Wenigstens während des ersten Jahrhunderts haben die Kaiser den Oberpontifical nicht mit dem Regierungsantritt selbst, sondern erst einige Zeit nachher angetreten.*

Quamquam non per totam imperatorum aetatem pontifex maximus in comitiis est creatus. Venio ad verba Iulii Capitolini [vit. Macr. 7. Max. et Balb. 8; cf. Herod. V 2], Aelii Lampridii [vit. Alex. Sev. 8], Flavii Vopisci [vit. Prob. 12], quibus pontificatum maximum a senatu decretum esse principibus ipso imperii die simul cum ceteris honoribus potestatibusque apparet. Neque vero quae ad tertium saeculum pertinent, ea adhiberi possunt argumenta ad duo priora. Hoc quaeritur, utrum

a. 217 senatus primum imperatori pontificatum maximum detulerit an iam antea. Cui Augusto primo a senatu summum sacerdotium imperii die tributum est, eundem primum pontificibus non adscriptum — nisi forte homo privatus inter eos cooptatus erat — factum esse pontificem maximum consentaneum est: utramque quaestionem hoc loco absolvam, ut potero (cf. p. 52). Qua de re cum memoriae nihil proditum sit, coniectura opus est: fortasse pontificis maximi creandi ius a comitiis septendecim tribuum ad senatum transtulit imperator Septimius Severus hac compensatione usus, quod ipse senatui abrogavit auctoritatem principatus tradendi.²¹⁾ Itaque inde ab hoc tempore imperatores ut tribuniciam potestatem sic pontificatum maximum, qui renunciabatur solum in comitiis [Mommsen, St.-R. II p. 876], gesserunt a primo principatus die, quo omnia Augustorum propria decernebantur: id quod fastis collegiorum sacerdotalium comprobatur.

Denique sententiae meae non obstant verba ad primum alterumque saeculum spectantia, quibus *cuncta principibus solita* senatum decrevisse imperii die traditur [Mommsen, St.-R. II p. 786 adn. 4]. His enim locis rerum scriptores ipsa ea intellegi volunt, quae a senatu principibus deferebantur: quid igitur mihi impedimento est, quominus adductus causis gravissimis potestatem fuisse contendam, quae post principatus diem aliter (id est per comitia) Augustis soleret tradi? Neque vero mirum est scriptores rerum non commemorasse principes in comitiis accepisse pontificatum maximum, quod, qui Augustus erat appellatus, eum pontificem maximum fieri necesse erat; at faciamus senatum inde ab a. 14 principibus summum sacerdotium tribuisse: recte quispiam in eo offendat, quod quinque imperatoribus tertii saeculi (intra annos 217/276) pontificatus maximus a senatu decretus perhibetur, intra ducentos annos antegressos ne semel quidem dignus est habitus, qui enumeraretur inter honores Augustorum a senatu acceptos.²²⁾

²¹⁾ Höfner l. c. I p. 118 sqq.; Schiller [l. c. I p. 758] Macrinum hoc ius concessisse senatui arbitratur. Capitolinus et Spartianus inter honores Pertinaci [vit. 5] et Iuliano [vit. 3] decretos pontificatum maximum non commemorant. Valde dolendum est, quod Dionis verba [LXXIX 2] adeo mutila sunt.

²²⁾ Fortasse licet mihi niti etiam verbis Dionis, ut sententiam meam comprobem: καὶ νῦν μὲν πᾶσαι (id est αἱ προσηγοραίαι) ἅμα αὐτοῖς ὡς τὸ πολὺ, πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν, διδόνται, τοῖς δὲ δὴ πάλαι κατὰ χρόνον ὡς ἔκασται ἐφ' ἑξῆς [LIII 18].

His comitiis pontificatus maximi, quibus interesse principes nimirum opus non fuit [Vell. Pat. II 3 et 43; Cic. ad Brut. I 5; cf. Fast. 28. 38. 48], praesedissee consules aequae ac posterioribus liberae reipublicae temporibus [Merklin l. c. p. 138 et p. 147; Gemoll²³) p. 14; Mommsen, St.-R. II p. 28 et p. 32] verisimile est.

In tradendo pontificatu maximo pontificum collegii quae fuerint partes, hic statim addam. Quae de re ceteri rerum scriptores tacent, verba facit Zosimus narrans [IV 36] pontifices omnibus imperatoribus ab Octaviano usque ad Gratianum detulisse pontificatum maximum, cum eis principatus die vestem sacerdotalem offerrent. Zosimi auctoritas cur omnino reiciatur, nulla est causa [Eckhel VIII p. 386 sqq.; Merklin l. c. p. 151; Bouché-Leclercq l. c. p. 418 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 1108 adn. 5]; hanc autem caerimoniam eum intellegi voluisse puto:²⁴) princeps ubi Romae sacra facturus erat vice pontificis maximi fungens, sollemniter toga praetexta induebatur a pontificibus, quibus servanda in templo Iovis Capitolini commissa erat; peractis sacrificiis vestis collegii tutelae curaeque reddebatur. — Sed haec quidem hactenus.

Quodsi quaerimus, quid spectaverit Octavianus, cum pontificatum maximum vellet semper esse coniunctum cum principatu: cum a potestate tum a sanctitate, quam tribui imperatoribus amplissimo sacerdotio necesse fuit, causa est repetenda [Mommsen, St.-R. II p. 1109; Schiller l. c. I p. 174]. Habebatur princeps idemque pontifex maximus *summus hominum non aemulationi, non odio aut privatis adfectionibus obnoxius* [Tac. ann. III 58]; sic fieri potuit, ut dignitas imperatoria divina fere maiestas videretur esse.²⁵) Quod agens Octavianus pontificatum maximum nisi mortuo Lepido sibi deferri passus non est: malebat enim expectare, dum summum sacerdotium, quo re vera iam fungeretur,²⁶)

²³) A. Gemoll 'De cooptatione sacerdotum Romanorum' Berolini 1870.

²⁴) Cf. vit. Alex. Sev. 40: *praelectam et pictam togam numquam nisi consul accepit, et eam quidem, quam de Iovis templo sumptam alii quoque accipiebant aut praetores aut consules. accepit praelectam etiam, cum sacra faceret, sed loco pontificis maximi non imperatoris* [Mommsen, St.-R. I p. 412 adn. 1 et p. 421 adn. 5]; Nicol. Damasc. vit. Caes. 4.

²⁵) Senec. de Clem. I 10: *Deum esse non tamquam iussi credimus bonum principem Augustum.*

²⁶) Senec. l. c.: *Ipsum Lepidum quamdiu mori passus est? Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem et pontificatum maximum non nisi*

esset vacuum, quam eius religionem et sanctimoniam vi imminuere et contaminare in posterum.²⁷⁾

§ 2.

De Caesarum pontificatu.

Usque ad Hadrianum Caesaris cognomen omnibus, qui virilis sexus agnatione ab imperatore erant oriundi, iure indebatur, tum ei soli vel eis solis, quos Augustus sibi succedere volebat in principatu [Mommsen, St.-R. II p. 1139 sq.].

Videamus, in pontificatu Caesaribus tradendo quae ratio sit inita.

Ac primum usque ad imperatorem Vespasianum id semper diligentissime servabatur, ne duo Caesares pari agnatione cum principe coniuncti simul essent pontifices. Sic in collegium recepti sunt C. Caesar [Fast. 6], non item L. Caesar frater eius; Drusus Caesar Ti. Augusti filius [Fast. 7], non Germanicus Caesar; Drusus Caesar Germanici filius [Fast. 13], non Nero Caesar frater; C. Caesar Germanici filius [Fast. 18], non Ti. Caesar Gemellus; Nero Claudius Caesar [Fast. 23], non Britannicus Caesar: neque perperam me iudicare puto, cum conicio praeter Neronem Claudium ceteros quattuor Caesares substitutos esse pontifices alium pro alio.²⁸⁾ Iam quaeritur, cur hi ipsi Caesares pontificatu, reliqui auguratu²⁹⁾ aut aliis sacerdotiis ornati sint, quamquam in collegio pontificum loca fuerunt vacua, in quae ita cooptari poterant, ut locorum numerum augeri opus non esset? Neronem filium maiorem Germanici neque a. 20 patris auguratum neque a. 23 Drusi Tiberii filii modo mortui pontificatum aut auguratum accepisse, sed utrumque sacerdotium Druso fratri minori eius concessum esse nonne est mirum? Quo

mortuo illo transferri in se passus est: maluit enim illum honorem vocari quam spoliū. Ceterum Octavianus in aversa parte nummorum, in quorum adversa Lepidi pontificatus maximus commemoratur, pontifex non nominatur [Cohen Lep. et Oct. 1. 2; Kgl. Münzkab. 962].

²⁷⁾ Bouché-Leclercq l. c. p. 340; Bloch l. c. p. 15.

²⁸⁾ De M. Claudio Marcello et Ti. Claudio Nerone pontificibus cf. Fast. 3 et 4.

²⁹⁾ De Druso maiore augure cf. C. J. L. IX 2443.

modo Tiberii ratio est intellegenda, qui primum C. Caesarem in locum Drusi fratris eius augurem destinavit, tum nondum inauguratum fecit pontificem? Ad quam quaestionem disceptandam magni momenti esse mihi videntur verba Taciti [ann. I 3]: *Ceterum Augustus subsidia dominationi Claudium Marcelum, sororis filium, admodum adulescentem pontificatu et curuli aedilitate... extulit*⁸⁰⁾, Suetonii [Gai. 12]: *...ad pontificatum traductus est insigni testimonio pietatis atque indolis, cum deserta desolataque reliquis subsidiis aula Seiano iam tunc suspecto mox et oppresso ad spem successionis paulatim admoveretur*, Dionis [LVIII 8]: *...καὶ διότι καὶ τὸν Γάιον ὁ Τιβέριος ἱερέα ἀποδείξας ἐπέγηψε, καὶ τι καὶ ὡς διάδοχον αὐτὸν τῆς μοναρχίας ἔξων ἐνεδείκνυτο*. Hinc recte me efficere arbitror imperatores Octavianum Tiberium Claudium id spectasse, ut solus Caesar is admitteretur ad pontificatum, quem ipsis succedere itaque pontificem maximum creari vellent.⁸¹⁾ Neque enim negari potest, cum eligeretur ex pontificum numero pontifex maximus, Caesarem eum, qui iam inter pontifices esset, propius pontificatum maximum et principatum quodammodo stare visum esse quam reliquos. Qua re pontificatus Caesaribus attributus plus valere mihi videtur quam adhuc homines docti sunt arbitrati; atque Theodori Mommsen sententiam [St.-R. II p. 1168 adn. 2] ita corrigo, ut verisimile esse contendam Octavianum voluisse alterum nepotem, C. Caesarem, suscipere principatum post ipsum, cum in imperio tradendo haberet eandem rationem reipublicae quam Tiberius.⁸²⁾

Quem usum Vespasianus primus neglexit, cum concessit, ut uterque filius, Titus Caesar a. 71 [Fast. 29] et

⁸⁰⁾ De Marcello *successore potentiae* Octaviani: Vell. Pat. II 93; Senec. dial. VI 2; Tac. hist. I 15; Dio LIII 30 sq.

⁸¹⁾ E. Spanheim 'De praestantia et usu numismatum antiquorum' Amstelae'dami 1717 II p. 422: *Inferior vero Pontificis dignitas, ceu initium quoddam ac tyrocinium summi illius Pontificatus, Principibus Inventutis ac Caesaribus est demum delata*; Mercklin l. c. p. 158; Mommsen, St.-R. II p. 1108.

⁸²⁾ C. Caesarem nominant Pisani *iam designatum iustissimum ac simillimum parentis sui virtutibus principem* [Orelli 643]; Tac. hist. I 15. ann. XII 25; Schiller l. c. I p. 303 adn. 1; Madvig l. c. I p. 542 sqq. — Quamquam qua de causa Tiberius Drusum minorem filium Germanici praetulerit Neroni maiori, traditum non est [Tac. ann. IV 60. VI 23].

Domitianus Caesar a. 73 [Fast. 30], in omnia collegia sacerdotum adscisceretur; sic perbene intellegitur, quomodo sit factum, ut Domitiano, quamquam neque praenomine imperatoris neque tribunicia potestate honoratus erat, quibus frater utebatur, et spes excitaretur se una cum Tito participem imperii fore et odium inflammaretur, cum patre defuncto se fratri postponi vidisset [Mommsen, St.-R. II p. 1168 adn. 2; Schiller l. c. I p. 520 sq.].

Inde ab Hadriani temporibus pontificatus et reliqua summa sacerdotia ad omnes Caesares, id est ad eos, qui successores erant designati, deferri solebant aut post datum Caesaris nomen aut simul cum eo:³³⁾ sic Caracalla [Fast. 73] et Geta [Fast. 74], L. Septimii Severi filii, sic Herennius [Fast. 98] et Hostilianus [Fast. 99], Decii filii, simul sacerdotes omnium collegiorum fuerunt; Saloninus autem Gallieni filius minor [Fast. 107] in loca omnium collegiorum morte Valeriani fratris vacua [Fast. 106] videtur esse substitutus.

Caesares ne prius reciperentur in pontificum collegium, quam sumpsissent togam virilem, initio diligentissime observatum est [Fast. 1. 6. 7. 13. 18. 23. 53. 65]. Aurelius Severus Antoninus [Fast. 73] primus praetextatus puer in omnia collegia sacerdotalia receptus est.

Nunc perquiram, quomodo Caesares facti sint pontifices, de qua re homines docti alius aliam in sententiam discesserunt.

Atque Mercklin [l. c. p. 156^rsq.] partim senatum, partim imperatores pontificatu ornasse Caesares, Borghesi [opp. III p. 409 sqq. et p. 428 sqq.], Henzen [Arv. p. 67 et p. 154], Marquardt [St.-V. III p. 230 adn. 2], Mommsen [St.-R. II p. 1103 sq.] ex libero senatus consulto, ita ut princeps ne commendandi quidem iure uteretur, Caesares cooptatos esse inter pontifices, Gemoll [l. c. p. 30] *senatum nullo modo imperatoribus principibusque*

³³⁾ Borghesi opp. III p. 431 et p. 437. — L. Aelius Caesar, mortuus a. 138, pontifex non fuit [C. J. L. VI 985. III 4366; Orelli 829 = Wilmanns 942]. L. Aelius Aurelius Commodus [Fast. 61] Caesaris cognomine non ornatus, adoptatus a T. Antonino Pio usque ad a. 161 tantum inter augures fuit.

sacerdotia ordinaria sed tantum extraordinaria tribuere potuisse statuerunt. Equidem Caesares pontificatu esse honoratos hoc modo arbitror.

Daec rationes sunt distinguendae secundum temporis ordinem. Quarum altera pertinet usque ad a. 51: Imperatores ipsi iure faciendi sacerdotes, quod Octaviano a senatu populoque a. 725 traditum erat [Dio LI 20. LIII 17],³⁴⁾ usi, Caesaribus pontificatum (aliaque sacerdotia) tribuebant. Quae sententia comprobatur his verbis Suetonii [Claud. 4]: *Augustus... reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum et Dionis* [LV 9]: ἱερωσύνην (pontificatum)... αὐτῶ (C. Caesari)... ἔδωκεν (Octavianus); [LVIII 7]: ὁ Τιβέριος ἱερέας μετὰ Γαίου γε καὶ Ἐκείνου (Seianum) καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐποίησε: [LVIII 8]: τὸν Γάϊον ὁ Τιβέριος ἱερέα ἀποδείξας ἐπήνεσε.³⁵⁾ Quodsi nihilo minus constat inter homines doctos, quamquam his locis omnibus deest senatus mentio,³⁶⁾ tamen decreta esse sacerdotia Caesaribus a senatu, hunc errorem effectum esse falsa interpretatione Taciti verborum [ann. I 15]: *Tum primum e campo comitia ad patres translata sunt*, infra comprobabo, ubi de hominum privatorum electione disseram.

Hoc autem usque ad a. 51 semper observaverunt principes, ne in honorem Caesaris pontificum collegio (neve reliquis)³⁷⁾ novum locum supra numerum adderent, quamquam iure poterant facere:³⁸⁾ expectare necesse erat Caesares, dum locus vacaret. Octavianum, cum C. Caesarem a. 749 in collegium pontificum

³⁴⁾ Non recte Mommsen [St.-R. II p. 1110] de iure commendandi cogitat [Borghesi opp. III p. 409; Mercklin l. c. p. 153; Gemoll l. c. p. 24 sq.; Madvig l. c. II p. 604].

³⁵⁾ Praeterea cf. Vell. Pat. II 59: *pontificatusque sacerdotio puerum honoravit* (Caesar Octavianum). Tac. ann. I 3: *Augustus... Claudium Marcellum... pontificatu... extulit*; ann. III 29; Suet. Tib. 54. Gai. 12; Dio LIX 28.

³⁶⁾ Quod ex senatus consulto Tiberius et Caesares tres ad numerum adiecti sunt, cum novum collegium sodalium Augustalium a. 14 institueretur. non mirum [Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6].

³⁷⁾ Cf. adn. 36.

³⁸⁾ Dio XLII 51. XLIII 51. XLIX 16. LI 20: ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὀπίερ τὸν ἀριθμὸν, ὅσους ἂν ἄσι ἐθελήσῃ, αἱρεῖσθαι: προσκατεστήσαντο; Plut. quaest. Rom. 99; Gemoll l. c. p. 24.

admitteret, id spectasse conicio, ut semper in hoc locus esset vacuus Caesari ei, quem princeps successorem destinasset: sic pontifices fuerunt C. Caesar ab a. 749 ad a. 4, Drusus Caesar Ti. filius ab a. 4 (?) ad a. 23, Drusus Caesar Germanici filius ab a. 23 ad a. 31, C. Caesar Germanici filius ab a. 31.³⁹⁾

Altera ratio incipit ab a. 51: simul in omnia collegia Caesares ex senatus consulto cooptabatur, qui honor a. 51 Neroni Caesari a senatu ex Agrippinae consiliis inventus est [Fast. 23]. Cum Augustis ipsis quoque, qui Caesares non fuissent, eadem sacerdotia conferrentur,⁴⁰⁾ hoc loco videamus, quae haec omnia collegia fuerint.

Omnia collegia, quae quasi in unum conclusa sunt verbis Capitolini et Lampridii,⁴¹⁾ intellegenda esse non aliter nisi omnia quattuor collegia contendo, quamquam in quaedam reliquorum Augustos et Caesares esse cooptatos non ignoro. Aliam sententiam sunt professi Borghesi opp. I p. 350 sq. III p. 428 sq.; Merklin l. c. p. 152; Henzen, Arv. p. 67; Marquardt, St.-V. III p. 222; Mommsen, St.-R. II p. 1102.

Ac primum quattuor amplissima sacerdotia et dum libera fuit respublica Romana et temporibus imperatorum pari conditione aequata secum ceteris opposita fuerunt:⁴²⁾ ne sodalitatem quidem Augustalium quamvis honoratam cum eis comparari posse dignitate recte demonstravit Dessau [in 'Eph. epigr.' III p. 208 sq.]. Ut reliqua omittam, homines privatos duo quattuor sacerdotiorum

³⁹⁾ Cf. Tac. ann. II 83: *nere quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur*. Ibid. IV 9; C. J. L. VI 911 sq.

⁴⁰⁾ Imperatores omnes ab ipso principatus initio sacerdotes omnium collegiorum fuerunt [Cf. Cap. I adn. 5; Dio LIII 17]. De Caesare: Dio XLII 51: *τοῖς τε γὰρ ποντιφίξαι καὶ τοῖς οἰωνισταῖς, ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, τοῖς τε πεντεκαίδεκα καλουμένοις ἕνα ἐκάστοις προσένειμε, καίπερ αὐτὸς βουληθεὶς πάσας τὰς ἱερωσύνας λαβεῖν ὡς περ ἐψήφιστο* (a. 707); Bardt l. c. p. 15 n. 63 et p. 24 n. 48; septemviratum Caesaris Plinius commemorat [N. H. XIV 97 (a. 708)].

⁴¹⁾ Vit. M. Anton. 16: *Marcus... contulerit... in filium* (Commodum)... *sacerdotium*; vit. Commod. 1: *in collegium sacerdotum adscitus est*. — ibid. 12: *adsumptus est in omnia collegia sacerdotalia sacerdos*.

⁴²⁾ Mommsen, St.-R. II p. 29 adn. 3; Madvig l. c. II p. 608; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 166 sq.; Tac. ann. III 64; Dio XLII 51. LVIII 12; Mon. Ancyr. p. 40 sqq.; C. J. L. I p. 385 (d. XVI K. Febr.). VI 912 = Henzen 5381.

suscipere temporibus Augustorum usque ad initium tertii saeculi non licuit, neque vero quicquam impedimento fuit, ne, qui iam pontifex aut augur aut XV vir s. f. aut VII vir epulorum esset, cooptaretur inter sodales Augustales vel fratres Arvales [Marquardt, St.-V. III p. 233; cf. Fast. 80], atque imperatores omnium quattuor sacerdotiorum magistros perpetuos fuisse verisimillimum est, quamquam adhuc tantummodo pontificum et quindecimvirum magistros eos fuisse constat;⁴³⁾ reliquis autem sacerdotiis aut semper homines privati praesidebant annui magistri aut ex ordine fungebantur magisterio et principes et privati homines [Mommsen, St.-R. II p. 1106; Marquardt, St.-V. III p. 246; Henzen, Arv. p. IV]. Deinde imperatoris Othonis sacerdotia, quorum causa comitia habita sunt a. 69 d. III Non. Mart., dubium non est, quin eadem interpretanda sint atque haec omnia sacerdotia, quae Augusti et Caesares accipere solebant: nulla autem nisi quattuor summa sacerdotia per comitia populi tradita (vel in eis renuntiata) esse homines docti consentiunt [Mommsen, St.-R. II p. 19 sq. et p. 29 adn. 3]. Tum factum esse probari potest, ut omnia sacerdotia non simul deferrentur, sed alio die omnia quattuor coniuncta, alio reliqua: velut Hadrianus [Fast. 48] inter pontifices, augures, XV viros s. f. a. 117, inter fratres Arvales a. 118 cooptatus est; velut M. Aurelium [Fast. 53] Hadrianus a. 129 in saliorum collegium rettulit et T. Antoninus a. 139 in collegia sacerdotum iubente senatu recepit; velut Heliogabalus [Fast. 84] imperium adeptus statim eodem die omnibus quattuor collegiis, postea aliis aliis diebus videtur esse adscriptus. Denique confirmatur sententia mea Augustorum Caesarumque et inscriptionibus eis, in quibus nulla nisi quattuor sacerdotia (pontificatus maximus cum tribus reliquis sacerdotiis coniunctus) enumerantur [Fast. 1. 4. 23], et nummis eis, in quibus insignia quattuor sacerdotiorum interdumque verba: *sacerd. coopt. in omn. conl. (supra num.) ex. s. c.* sunt incisa, praesertim si mihi continget probare nunquam in nummis, qui in memoriam omnium sacerdotiorum acceptorum signati sunt,⁴⁴⁾ reperiri instrumentum, quod non pertineat ad unum ex

⁴³⁾ De augurum principe: Becker-Marquardt, Handb. IV p. 347; Marquardt, St.-V. III p. 399; C. J. L. VI 1233.

⁴⁴⁾ Huiusmodi nummos ferri iusserunt imperatores et senatus non solum anno eo, quo omnia sacerdotia decreta sunt, sed etiam postea [Kenner in 'Numismat. Zeitschr.' XVII p. 55].

quattuor illis. Mea enim sententia Borghesi erravit in insignibus sacerdotiorum interpretandis, quamvis multi homines docti opinionem eius secuti sint: quem errorem ut tollam, iam copiose inquiram in sacerdotalia instrumenta, quae conspiciuntur in nummis.

Simpulum, lituum, tripodem, pateram significare sacerdotia pontificum, augurum, quindecimvirum s.f., septenvirum epulonum Borghesi recte demonstravit [opp. I p. 343 sqq. III p. 428 sqq.; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 167; Marquardt, St.-V. III p. 221 sq.]: quae insignia non reperiuntur nisi in binis nummis et Octaviani Augusti [Cohen 347 sq.] et Neronis Caesaris [Cohen 311 sq.]; in ceteris nummis sacerdotalibus, qui permulti sunt, et deest sive hoc sive illud instrumentum (raro simpulum et lituus, saepius patera, semper tripod) et nova occurrunt (persaepe ureeus vel praefericulum, aspergillum, secespita, semel securis; apex et bucranium in binis nummis Commodi et Caracallae), ita ut interdum sex numerentur. Quae insignia in nummis sint coniuncta, hic componam, quo facilius quaestio perspiciatur:

1. Simpulum, aspergillum, ureeus, lituus [Cohen Vesp. 41—45. Tit. 24. Nerv. 41. 47—52. 84. Plotin. 9. Hadr. 454. 456. Ant. Pius 93—95. 835].

2. Secespita, lituus, apex, simpulum, securis [Cohen Hadr. 455].

3. Secespita, lituus, ureeus, aspergillum, simpulum aut simpulum, lituus, ureeus, aspergillum, secespita aut secespita, aspergillum, ureeus, lituus, simpulum aut simpulum, aspergillum, ureeus, lituus, secespita [Cohen Ant. Pius 96. 101 sq. 836. 876 sq. 921—923. M. Aurel. 450—461. Commod. 401—406. Carac. 587 sq. Get. 187 sqq. Alex. Sev. 198 sq. Maxim. 1 (in 2—4 deest simpulum). Philipp. fil. 32. Salonin. 40—42. 45—47. 53].

4. Secespita, bucranium, apex, simpulum [Cohen Commod. 599].

5. Secespita, bucranium, apex, ureeus [Cohen Commod. 694].

6. Lituus, apex, bucranium, simpulum [Cohen Carac. 53 sq.].

7. Lituus, secespita, patera, urceus, simpulum, aspergillum [Cohen Carac. 582 sqq.; cf. Fast. 73; Cohen Maxim. 5—9. Gordian. III 182 sq. Volusian. 90. Salonin. 44. 48 sqq.].

8. Lituus, secespita, urceus, simpulum, apex [Cohen Get. 191].

9. Aspergillum, patera, lituus, simpulum [Cohen Dec. 101].

10. Aspergillum, simpulum, urceus, patera, lituus [Cohen Herenn. 14—16. 251. Hostil. 25 sq. Salonin. 58].

11. Aspergillum, simpulum, urceus, patera, secespita [Cohen Salonin. 56 sq.].

Urceum, aspergillum, secespita, securim, apicem non spectare ad nova sacerdotia, sed ad pontificatum et auguratum tam notum est, ut testimoniis vix opus sit [Marquardt, St.-V. III p. 248 adn. 2; cf. Cohen Pomp. 17. Caes. 2. 4. 21. Lep. et Anton. 2 sqq.]; quod in nummis tripus et patera sunt omissa, inde efficere non licere quindecimviratum aut septemviratum Augusto aut Caesari delatum non esse, quis est qui neget? Quid autem vult bucranium in nummis Commodi et Caracallae Caesarum? Borghesi, cuius sententiam probaverunt homines docti, bucranium insigne esse attribuendum sacerdotio sodalium Augustalium contendit [Borghesi opp. I p. 351; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 167; Marquardt, St.-V. III p. 222 et p. 471; Mommsen, St.-R. II p. 1105 adn. 3]. Hoc non recte statuisset virum clarissimum equidem puto; demonstrare enim posse mihi videor iam circa finem primi saeculi, cum antea quattuor sacerdotiis quattuor certa instrumenta respondissent, monetarios non ea ratione usos esse, ut singula sacerdotia insignibus singulis significari vellent, sed alios alia eligentes has varias, quas supra nominavi, expressisse figuras, quae omnes pertinerent ad eandem rem, id est ad Augustorum Caesarumque in omnia quattuor collegia cooptationem.

Insignia enim ea, quae primum in nummis T. Antonini Pii et M. Aurelii (a. 139 et a. 140), postea saepissime inveniuntur (cf. fig. 3; Eckhel VII p. 46), elegantia quadam composita esse, ita ut ratio convenientiae et pulchritudinis haberetur, manifestum est; medium tenet urceus, ad hunc altera parte lituus, altera aspergillum se applicent et vergunt hic in secespitam illic in simpulum, ut

minima instrumenta plurimum absint a maximo. Unde elucet a. 139 monetarium aut iam ignorasse ex quinque insignibus ab ipso electis tria convenire in pontificatum, duo in auguratum, itaque quindecimviratum et septemviratum carere signis, aut eius nihil interfuisse suo quodque sacerdotium instrumento distinguere. Postea monetarii alii nummorum aversas partes eodem modo signaverunt, alii qui novam formam in lucem proferre volebant, modo addiderunt modo omiserunt modo permutaverunt insignia, prout eis libebat; convenientia tamen partium ita servabatur, ut urceus semper fere medium retineret locum.

Sic in nummis Commodi et Caracallae adiectum est bucranium usitatis instrumentis. Quae causa potest excogitari, cur ipsos hos Caesares inter sodales Augustales esse adscitos in binis eorum nummis novo insigni indicetur, cum et antea et postea omnes Augustos Caesaresque in hoc collegium esse receptos constet? Cur in reliquis nummis utriusque Caesaris bucranium incisum non est? Denique quomodo fieri potest, ut bucranium pertineat ad certum novum sacerdotium, cum in figura 4 neque auguratus neque quindecimviratus neque septemviratus, in figuris 5 et 6 neque quindecimviratus neque septemviratus instrumentis suis sint significati?⁴⁵⁾ Immo vero cum Commodi aetate a monetariis insignia iam non ita esse electa explicaverim, ut singula sacerdotia internoscerentur singulis insignibus, senatus monetarium, qui in nummis propter Commodi in omnia collegia cooptationem signatis bucranium adiunxit secespitae, apici, simpulo, urceo, non recte perspicientem, quid sibi vellet bucranium in fanis inter instrumenta sacerdotalia interpositum,⁴⁶⁾ hoc in-

⁴⁵⁾ Non recte Borghesi opp. I p. 351 haec dicit: ...*ai quattro simboli degli antichi sodalizi se ne vede aggiunto un quinto ch'è il bucranio, ossia un teschio di bue.*

⁴⁶⁾ Bucrania in templorum epistylis inter summorum collegiorum instrumenta interiecta fuisse paribus intervallis decora ornamentaque notum est; velut in Vestae aedis epistylis [Jordan, *Der Tempel der Vesta* p. 18 sq.]. Item bucranium inter insignia sacerdotalia insertum invenitur in arcu argentario [Clarac pl. 220 n. 307 = *Denkm. d. klass. Altert.* (edit. ab A. Baumeister) p. 1109 n. 1306; praeterea cf. Clarac pl. 250 sqq.; *Dictionnaire des antiquités grecques et romaines* (edit. a. Ch. Daremberg et Edm. Saglio) I p. 352]. In titulo Baebiano insignia pontificatus municipalis insculpta sunt: patera, urceus, aspersorium [Henzen 5957 = C. J. L. IX 1465; *Rev. archéol.* XVIII p. 121 sq.].

signi non novum sacerdotium notare, sed novam formam aversae partis nummorum exprimere voluisse colligo. Quod exemplum inconsulte ac temere secutus est monetarius Caracallae; ceteri reiecerunt bucranium intellegentes hoc non esse instrumentum sacerdotale neque rationem eam, qua bucranium effingeretur in monumentis, valere posse in nummis.

Restat, ut perquiram, num iam ante a. 139 (post a. 51) quattuor sacerdotiis sua instrumenta in nummis attribui sint desita. Exstant nummi aurei et argentei imperatorum Vespasiani, Titi, Nervae, Hadriani, Antonini Pii post susceptum pontificatum maximum signati [fig. 1 et 2], in quorum aversis partibus insignia pontificatus (simpulum, aspergillum, secespita, apex, securis) et auguratus (lituus, urceus) occurrunt. Quo modo horum imperatorum in omnia quattuor collegia cooptationem illustrare voluisse monetarios, quamquam XV virum et VII virum instrumenta desunt, statuo [Borghesi opp. III p. 428; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3 et p. 1104 adn. 1]. Nam si his nummis collegia ea significarentur, quibus essent adscripti imperatores principatum adepti, eos inter XV viros et VII viros fuisse, antequam imperium assequerentur, necesse est: id quod probari non potest. Neque enim unquam primo aut altero saeculo homines privati in duo summorum sacerdotiorum sunt recepti; Titus autem iam, cum Caesar esset, in omnia collegia est cooptatus, et Nerva ante annum 96 in ipso collegio augurum fuit. Praeterea dubitari non posse mihi videtur, quin Pii nummi Cohen 93—95. 835 [fig. 1] ad idem spectent ac nummi sub figura 3 enumerati, quibus T. Antoninum Pium in omnia collegia adscriptum esse illustrari nemo negat. Antea autem eadem instrumenta pontificatum et auguratum solos significaverunt [Cohen Octav. Aug. 91. 128. 337].⁴⁷⁾ Itaque me effecisse arbitror monetarios paulatim iam diiudicare aut non potuisse aut noluisse, quae cuiusque

⁴⁷⁾ Qua de causa Vespasianus et Titus in eisdem nummis sacerdotalibus interdum auguris nomen gerant, ignoro [Fast. 28 sq.]. Mirum est, quod auguris titulus adhuc tantummodo in nummis Ephesi signatis videtur esse inventus [Cohen Vesp. 36—45; Eckhel VI p. 331]. Ceterum hybridae esse mihi videntur Cohen Vesp. 42. 44, fortasse Cohen Tit. 21—24, ita ut aversae partes Titi nummorum pertineant ad Vespasianum [Pick l. c. p. 355]. Eckhel VI p. 309 describit nummum Vitellii, in cuius parte adversa haec leguntur: *A. Vitellius. German. imp. pont.*

sacerdotii essent instrumenta. Vitellius etiam tum recte addixit quindecimviratui tripodem [Fast. 26] itemque nummi Titi [Cohen 320—323; cf. Fast. 29] et Domitiani [Cohen 546. 552. 594; cf. Fast. 30] ad quindecimvirale sacerdotium videntur pertinere [Kenner in 'Numismat. Zeitschr.' XVII p. 65].⁴⁸⁾ Quibus rebus expositis mihi videor demonstravisse omnia sacerdotia non aliter esse intellegenda nisi omnia quattuor sacerdotia, ut omnia opposita sint singulis, quae hominibus privatis itemque usque ad annum 51 Caesaribus suscipere licebat, eisque reliqua minora appendicis loco esse adiecta. Neque vero mos fuit post a. 51, ut omnia quattuor sacerdotia Augustorum Caesarumque in marmoribus nummisque inciderentur:⁴⁹⁾ ut Augustus pontifex maximus solum vocabatur, sic Caesar in nummis pontificis titulo solebat uti, ut quattuor sacerdotia complecteretur, in inscriptionibus autem plerumque [adest: C. J. L. VI 932. 1074. 1232. VIII 4591. 10116. 10119. X 5909. XI 3606], semper in privilegiis militum, quae ab Augusto et Caesare simul data sunt, omittebatur huius pontificatus.

Denique hoc addam, in nummis eis, qui praebent sacerdotalia instrumenta, persaepe inveniri verba: *Pietas Aug.* aut *Pietas Augg.*, primum a. 140 in nummis M. Aurelii Caesaris (cf. p. 46 adn. 4); atque de his aversis partibus nummorum Kenner [l. c. p. 58] recte haec dicit: *für die Andeutung der Thatsache ihrer Ernennung zum Caesar ein ständiges Münzbild.*

Iam quaeritur, quo modo inde ab a. 51 Augustorum et Caesarum cooptatione numerus locorum pontificiorum sit auctus. Quam rem qui expedire et absolvere vult, ei in uni-

⁴⁸⁾ In titulo T. Aquillii Proculi proconsulis Asiae a. 103/104 [C. J. L. X 1699; Waddington, Fast. 113] tripus spectat ad honorem quindecimviralem; in ara a. 370 posita a Petronio Apollodoro v. c. pontifice maiore, XV viro sacris faciundis, patre sacrorum dei invicti Mithrae occurrunt *tedae transversae, lituus, patera, guttus sive urceus et simpucium* [C. J. L. VI 509].

⁴⁹⁾ Titus et Domitianus soli sacerdotes omnium collegiorum nominantur [Fast. 29. 30]. — In actis fratrum Arvalium [C. J. L. VI 2042; Henzen, Arv. p. 66] *ob pontificatum Neronis* scriptum est (d. III Non. Mart. a. 59), ita ut sacerdotiorum magnorum summum omnia quattuor comprehendere videatur (cf. adn. 41). Quod T. Antoninus Pius in marmore Hierosolymitano pontifex et augur nominatur, mirum est [Fast. 32; cf. Wilmanns 885]. Sacerdotium Arvale inter titulos principum Caesarumque legitur in basibus eis, quae a fratribus Arvalibus sunt dedicatae [C. J. L. VI 968. 1000. 1012. 1026. 1093; Mommsen, St.-R. II p. 780 sq.].

versam sacerdotiorum ordinationem inquirendum est, cum de pontificum collegio nihil eiusmodi sit traditum.

Postquam Octavianus pontifex, augur, XV vir s. f., VII vir epulonum a populo creatus est, ita ut succederet in loca hominum demortuorum, omnibus principibus, cum alter deinceps pro altero vita modo functo sacerdos collegiorum omnium substitueretur, suus in sacerdotiis locus vacavit. Apparet enim Augustum novum, si ante imperium initum acceperat nullum sacerdotium, in omnia, si collegio alicui adscriptus erat, in ceterorum morte prioris principis vacua loca esse cooptatum; privati autem homines pro imperatore mortuo in collegia ea adsciscebantur, in quibus successor iam erat.⁵⁰⁾ Itaque ubi Caesar, qui omnium collegiorum sacerdos erat, imperium suscipiebat, in omnibus sacerdotiis Augusti defuncti decuriae concedi poterant privatis. Unde efficitur usque ad Aureliani tempora fortasse nunquam in ullo collegio novum locum in honorem Augusti institutum esse, id est Augustos nunquam ad numerum adlectos, sed legitime cooptatos esse in loca ordinaria.⁵¹⁾

Caesares autem inde ab a. 51 persaepe supra numerum⁵²⁾ omnium collegiorum sacerdotes electos esse multis probatur testimoniis. De qua institutione novorum locorum quid ex fastis sacerdotalibus [C. J. L. VI 1984 sqq.; Borghesi opp. III p. 391 sqq.] possit enucleari, exponam; arbitror

⁵⁰⁾ Henzen, Arv. p. III; Gemoll l. c. p. 30. — Pro Nerone a. 68 substituti sunt privati quindecimvir s. f. (fortasse L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus [Henzen in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 12]), sodalis Titius, sodalis Augustalis [C. J. L. VI 1984], quod Galba iam in his collegiis erat. *T. Tampus Flavianus successit Ser. Sulpicio Galbae, cum successor Otho iam antea in collegium (fratrum Arvalium) receptus esset* dicit Henzen l. c. De Vitellii, Vespasiani, Nervae, Hadriani hominum privatorum sacerdotiis cf. Fast. 26. 28. 37. 48.

⁵¹⁾ Aliter iudicaverunt Hirschfeld in 'Götting. gelehrt. Anz.' 1869 p. 1502 sq.; Henzen, Arv. p. IV; Gemoll l. c. p. 29. Imperator Tiberius solus, cum collegium sodalium Augustalium institueretur, *extra ordinem ad numerum* est adiectus [Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6].

⁵²⁾ *Adlectus ad numerum* [C. J. L. VI 1984], *super numerum cooptatus* [l. c.], *cooptatus supra numerum* [l. c. et ibid. 2001. 2009; Cohen Ner. 311 sq.]. — Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6; Dio XLII 51. XLIII 51. XLIX 16. LI 20; Mercklin l. c. p. 160; Rubino 'De augurum et pontificum apud veteres Romanos numero' Marburgi 1852 p. 12 sqq.; Gemoll l. c. p. 28 sq.

enim, quae ratio ab his collegiis inita est, eandem valuisse apud pontifices.

Materia est duplicis generis: exstant reliquiae duarum decuriarum collegii sodalium Augustalium Claudialium [l. c. 1984], in quibus deinceps enumerantur, qui in eadem decuria successerunt alter alteri, et fragmenta duarum tabularum, in quarum altera [l. c. 2001] inde ab a. 218 ad a. 236, in altera [l. c. 2009] inde ab a. 197 ad a. 238 servato temporis ordine refertur, quo die Augusti et Caesares in collegia et sodalium Antoninianorum (?) et sacerdotum in aede Iovis Propugnatoris consistentium recepti sint, ita ut in utraque tabula binarum decuriarum partes insint. In marmore l. c. 2001 commemoratur L. Egnatius Victor Lollianus, homo privatus a. 213 [*ex lit*]teris imp. Antonini Pii . . . [*et omnium consen*]su f[actus] sodalis Antoninianus [Borghesi l. c. p. 413 et 414 adn. 1]; qui ut hinc tabulae inscriberetur, quomodo fieri potuerit, postea coniectura explicare conabor.

Annis 51, 71, 73 in honorem Neronis, Titi, Domitiani Caesarum ex senatus consulto, nisi forte loca in aliquot sacerdotiis vacabant, omnibus collegiis singula loca supra numerum adiecta esse verisimillimum est. Collegium sodalium Augustalium Claudialium a. 81 in decuriam Titi hominem privatum non admisit, sed haec vacua remansit usque ad annum 197; atque idem factum esse in ceteris collegiis iure optimo colligere mihi licet. Fortasse statuendum est imperatorem Vespasianum edixisse, ut omnibus in collegiis singula loca vacua relinquerentur Caesari, ne postea iterum et saepius nova institui necesse esset. Anno autem 197 M. Aurelius Antoninus Caesar in Titi decurias receptus est,⁵³⁾ successorem habuit a. 217 Macrinum [l. c. 1984. 2009], in cuius locum a. 219 homo privatus cooptatus est sodalis Augustalis Claudialis. Iam vero equidem haec coniecerim. Neque pro Vespasiano neque pro Tito ut substituerentur homines privati, concessit Domitianus, ita ut a. 96 post huius mortem in unoquoque collegio terna essent loca vacua. Tum Augusti et Caesares alterno ordine in bina loca cooptabantur, donec a. 198, cum Geta Caesar sacerdos omnium collegiorum factus esset, nullus locus

⁵³⁾ Quod per longius intervallum decuria XXVIII collegii sodalium Augustalium Claudialium vacaverat, a. 197 adscriptum est *super numerum*, quamquam iam dudum ordinaria erat [l. c. 1984; item l. c. 2009.]

patuit: fuerunt igitur in omnibus collegiis Augustus et Caesares duo, id quod iam antea acciderat inde ab a. 73 ad a. 79. Sed cave putes Septimium Severum, Caracallam, Getam in unoquoque collegio eadem loca tenuisse, quae Vespasianus, Titus, Domitianus habuerunt; cum enim Nerva salis Palatinis, sodalibus Augustalibus, auguribus, Hadrianus sodalibus Augustalibus, septemviris epulonibus, L. Verus auguribus, Iulianus sodalibus Antoninianis ante imperium initum essent adscripti, effectum est, ut in his collegiis succederent principibus mortuis homines privati, et in loca, quae antea privatorum fuissent, cooptarentur Augusti et Caesares.⁵⁴⁾ Diadumenianus et Alexander Caesares utrum supra numerum adlecti sint an legitime (in loca Septimii Severi vel Getae), non satis apparet; id autem constat, a. 236 Maximum Caesarem inter sodales Antoninianos (itemque in cetera collegia) supra numerum receptum esse, quod imperator Severus Alexander in omnia vacua loca homines privatos substituerat. Atque a. 238 sine dubio uterque Gordianus legitime (non supra numerum [l. c. 2009]) sacerdos collegiorum omnium fieri potuit, Gordiani tertii autem in honorem novum locum adiectum esse omnibus collegiis admodum probabile est [Mommseu, *St.-R.* II p. 1104 adn. 2 et p. 1110 adn. 4; Mercklin l. c. p. 153 sqq.]. — In collegiis sodalium Antoninianorum [C. J. L. VI 2001] et sodalium Augustalium Claudialium [l. c. 1984] semel (a. 218) imperator successisse in privati hominis locum videtur; inde colligo a. 218 in his collegiis praeter Macrini et Diadumeniani loca forte patuisse alia, in quae Aurelius Antoninus nescio qua de causa cooptatus sit [Henzen, *Arv.* p. III; Gemoll l. c. p. 30]. Itaque Macrini decuriae concessae sunt privatis. Lolliani⁵⁵⁾ autem nomen insculptum esse arbitror in tabula Augustorum et Caesarum, quod locus eius, in quem Antoninus esset receptus, ex privato ut ita dicam factus erat imperatorius.

Sic me probasse arbitror Augustorum cooptatione nullo, Caesarum quinque locis inde ab a. 51 ad a. 238 pontificum collegium esse auctum.

⁵⁴⁾ De decuria imperatoria [Henzen 6058] cogitari non potest, quamquam tertio saeculo plerumque accidit, ut novus Augustus in omnia loca demortui cooptaretur.

⁵⁵⁾ De Lolliano: Borghesi opp. III p. 412 sqq. IV p. 522. V p. 409; C. J. A. III 632.

Sequitur, ut exponam, per quem Augusti et Caesares inde ab a. 51 sacerdotes omnium collegiorum sint electi.

In actis fratrum Arvalium [C. J. L. VI p. 499] refertur a. 69 d. III Non. Mart. in Capitolio ob comitia sacerdotiorum imperatoris Othonis Augusti Iovi bovem marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsius taurum esse immolatos; quae comitia aliam vim habuisse atque pontificatus maximi comitia cur statuum, nulla est causa. Contendo igitur, cum Octavianus sine ulla dubitatione sacerdotia summa per comitia acceperit neque sit traditum ius imperatoribus tribuendi sacerdotia populo esse ademptum — nam homines doctos iudicantes inde ab a. 14 sacerdotia a senatu principibus esse delata errasse iam supra demonstravi (cf. p. 54 sqq. et p. 62 sq.) —, initio principatus Augustis omnia sacerdotia (videlicet praeter ea, quibus iam honorati erant) uno die⁵⁶) (antequam creati essent pontifices maximi) concessa esse non ex senatus consulto, sed per tribus (septendecim) populi. Postea mutatio est facta, quo tempore primum Augustus pontificatum maximum a senatu ipso imperii die accepit et post pontificatum maximum initum omnibus collegiis adscriptus est (post Septimium Severum [cf. p. 52 et p. 58]): a quo tempore eodem senatus consulto et pontificatus maximus et omnia sacerdotia decernebantur imperatoribus, ita ut collegia statim eos recipere iuberentur [Henzen, Arv. p. 154; Mommsen, St.-R. II p. 1104 adn. 2]. Itaque in fastis sodalium Antoninianorum et sacerdotum in aede Iovis Propugnatoris consistentium ad cooptationem imperatorum recte semper additur formula *ex senatus consulto*; in actis fratrum Arvalium semel [C. J. L. VI p. 537 (a. 118)] eam a lapicida incisam non esse, intercidisse in hiatu alibi [C. J. L. VI p. 571 (a. 218); Mommsen, St.-R. II p. 1104 adn. 3] puto; qua de causa autem *ex s. c.* desit in fastis sodalium Augustalium Claudialium C. J. L. VI 1984 (a. 217), utrum ordine legeque an casu neglectaque omissum, nescio.

Caesaribus inde ab a. 51 semper ex senatus consulto omnia sacerdotia esse delata videntur. Commemo-

⁵⁶) Primo p. Chr. n. saeculo his comitiis omnium sacerdotiorum mensis Martius videtur servatus esse, fortasse cum ratio haberetur moris ex temporibus liberae reipublicae antiquioribus relicti [cf. p. 55 sq.; Mommsen, St.-R. I p. 582. II p. 32 et p. 1104].

ratur quidem senatus consultum in nummis marmoribusque, ex imperatoris autem auctoritate id factum esse, ita ut re vera hic Caesari omnia sacerdotia tribueret non secus atque antea singulari, demonstrant scriptores rerum⁵⁷⁾ et verba *Pietas Augusti* aut *Pietas Augustorum*, quae persaepe inscripta esse aversis partibus nummorum propter Caesarum in omnia collegia cooptationem signatorum supra dixi [cf. p. 46].

De caerimoniis inangurandi vel vocandi ad sacra nihil certi constat [Mercklin l. c. p. 125 sq.; Gemoll l. c. p. 22; Henzen, Arv. p. 155; Marquardt, St.-V. III p. 230 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 33 sqq.].⁵⁸⁾

Denique fieri potuisse commemoro, ut imperator a Caesare abindicaret sacerdotia. A Tiberio enim C. Caesar videtur ita factus esse pontifex, augur, sodalis Augustalis a. 31, ut succederet in loca Drusi Caesaris fratris, qui principis iussu vinculis mandatus erat in Palatio, ubi a. 33 fame periit [Fast. 13. 18; Suet. Tib. 65; Dio LVIII 13]; atque si accidisset id, quod Elagabalus in animo habebat, ut Alexander Caesaris nomine privaretur [vit. Heliog. 13; Herod. V 8, 4 sqq.], sine dubio hac dignitate amissa coactus esset exire ex omnibus collegiis, in quae Caesar adscriptus erat.

Qua de causa Augusti (et Caesares) ut reciperentur in omnia collegia operam dederint, Gemoll recte explicavit [l. c. p. 25]: *non dignitatis augendae causa, quanquam id quoque effectum est, sed quod multo est gravius — quia ita tantum legitime sacerdotia tribuere poterant.*

§ 3.

De hominum privatorum pontificatu.

Imperatorum aetate cuius ordinis hominibus privatis, quo loco cursus honorum, quo modo pontificatus sit tributus, quae fuerit dignitas pontificalis, haec, ut omnia brevi complectar, exponere animum induxi.

⁵⁷⁾ Iul. Capitol. vit. M. Anton. 6: *Pius ... Marcum ... in collegia sacerdotum iubente senatu recepit*; ibid. 16: *... Marcus, ut ... contulerit ... in filium ... sacerdotium* (Ael. Lamprid. vit. Commod. 1 et 12; Ael. Spartian. vit. Sev. 14).

⁵⁸⁾ Nimirum nihil obstitit, quominus Augusti Caesaresque absentes eligerentur sacerdotes omnium collegiorum [cf. p. 59; Borghesi opp. III p. 432].

Ac primum quidem homines nisi senatorii ordinis, etiamsi honores nondum capessivissent, pontificatu ornari non licuit [Dio XLII 51; Mommsen, St.-R. II p. 33. III p. 466].⁵⁹) Quamquam plerumque ei, quorum maiores iam gesserant magistratus, in collegium pontificum cooptabantur, non tamen desunt, qui ipsi demum in amplissimum ordinem adlecti pontifices sint creati [Fast. 2. 39. 45. 55. 78].⁶⁰) Alexandri Severi autem temporibus, ut refert Aelius Lampridius [vit. Alex. Sev. 58] *is . . . , qui rem p. bene gesserant, consularia ornamenta decreta sunt, — quae tum plerumque tribuebantur hominibus equestris ordinis* [Mommsen, St.-R. I p. 462 sq.] — *additis etiam sacerdotiis et agrorum possessionibus is, qui erant pauperes et aevo iam graves.* De quibus sacerdotiis sit cogitandum, quaeritur. Hic autem inspicere eiusdem rerum scriptoris verba necesse est [vit. Alex. Sev. 49]: *pontificatus et quindecimviratus auguratus codicillares fecit, ita ut in senatu allegarentur, quae quomodo sint intellegenda, alii aliter iudicarunt* [Borghesi opp. III p. 411; Mercklin l. c. p. 156; Bouché-Leclercq l. c. p. 382 sq.; Schiller l. c. I p. 769; Mommsen, St.-R. II p. 1112]. Sed ne Theodori Mommsen quidem sententia, qui reliquis re-

⁵⁹) C. Appulleius Tappo [Fast. 111], Aquileiae natus, in indice voluminis V corporis inscriptionum Latinarum ordini amplissimo non adnumeratur, at pontificibus Romanis. Mea quidem sententia aut homo laticlavus est putandus, neque atque C. Appulleius M. F. Tappo, ipse quoque ex eadem urbe oriundus, quocum haud scio an cognatione fuerit coniunctus: neque quicquam obstat, quominus eum Romae pontificem fuisse arbitrer, aut non item: et Aquileiae eum pontificatu functum esse statuo [cf. C. J. L. XIV 3618 et ind. p. 525 et p. 567].

⁶⁰) A patribus fuerunt ordinis senatorii C. Rubellius Blandus et Cn. Iulius Agricola. [Fast. 16 et 32]. — Cf. C. J. L. X 4749, ubi duo filii laticlavii pontificis Suessani nominantur, quorum alter pontifex, alter augur Romae videtur fuisse; C. J. Gr. 4029 [Mommsen, St.-R. III p. 470 adn. 4]. De sacerdotio Seiani adlecti in ordinem senatorium cf. p. 11 adn. 10; de sacerdotiis filiis L. Vestini equitis Romani tributis Urlichs 'De vita et honoribus Taciti' Wirceburgi 1879 p. 4 haec iudicavit: *Neque qui a Claudio Caesare nominantur Vestini procuratoris filii, e quibus unus a. 65 consulatu functus est, quem primum sacerdotiorum gradum adepti sint, apparet. Ad summa collegia referendum esse inde consequitur, quod senatum rogavit imperator; cum autem dignitatis initium fuerit, sodales potius Augustales factos esse putaverim quam ad quatuor amplissima collegia admissos, simulque in senatorium ordinem, ut par erat in tali sacerdotio, receptos esse.* Tacitus, equitis Romani filius, ante praeturam ad quindecimviratum pervenit [Teuffel, Gesch. d. Röm. Lit. p. 765 n. 6].

futatis imperatorem cum senatu communicavisse putat, quemcunque sacerdotem nominavisset, videtur mihi stare posse; neque enim unquam fere principes senatus rationem eam habuisse in eligendis sacerdotibus postea explicabo, ut non cognoscatur, quae causa fuerit Severi Alexandri comitatis. Equidem arbitror Aelinum Lampridium utroque loco ad idem spectare, ita ut alter locus illustretur altero: equites Romani, qui bene meriti erant de republica, ornamentis consularibus honorati aut pontificatum aut auguratum aut quindecimviratum⁶¹⁾ codicillo⁶²⁾ principis accipiebant, et qui hoc modo in collegia adscribebantur, non omnes novi sacerdotes, in senatu allegabantur.⁶³⁾ Sic tum, ut officia senatoria et equestria confundebantur, eadem sacerdotia, quae antea erant ordinis senatorii, equitibus Romanis deferri coepta sunt.

Provinciales aetate imperatorum ius honorum adeptos saepe altissimum magistratum gradum ascendisse notum est;⁶⁴⁾ homines autem, qui hac condicione erant nati, perraro dignatos esse decore pontificatus sacerdotali discet, qui fastos a me compositos inspiciet: occurrunt duo Hispani [Fast. 2. 41], civis Ancyranus [Fast. 55], Afer [Fast. 78], qui consulatum gesserunt et ad pontificatum pervenerunt.⁶⁵⁾

⁶¹⁾ Aelius Lampridius l. c. et ibidem 22 pontifices, XV viros, augures enumerat, VII viros epulones non item.

⁶²⁾ Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 266; Madvig l. c. I p. 590. II p. 563; Friedländer, Sittengesch. I p. 170; Karlowa l. c. I p. 541.

⁶³⁾ Hic novus mos fortasse inductus est, quod tum (Elagabali aetate) pontificatus minor desiit, ut videtur, esse ornamentum equestre [cf. p. 97]. Id quoque sententiae meae documento esse potest, quod a Severo Alexandro omnes decurias sacerdotiorum omnium hominibus privatis esse concessas verisimillimum est, ut Maximum Caesarem a. 236 supra numerum cooptari necesse fuerit [cf. p. 73].

⁶⁴⁾ Mommsen, St.-R. I p. 490; Friedländer, Sittengesch. I p. 210; Madvig l. c. I p. 32 sqq.; Tac. ann. III 55; Dio LI 17. LXXVI 5; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. 1885 p. 123: Ἰππῆς Ῥωμαίων (Ancyranum) ... πατέρα καὶ π[άππον συνκλη]τικῶν.

⁶⁵⁾ De Agricola *vetere et illustri Foro-Julienensium colonia orto* cf. Fast. 32. De sacerdotiis filiorum Vestini oriundi ex colonia Viennensium cf. adn. 60; C. Antius A. Iulius Quadratus (cos. a. 93 et a. 105) septemvir epulonum, frater Arvalis fuit origine Pergamenus [Henzen, Arv. p. 176 sq.; Bloch l. c. p. 142]; C. Iulius Antiochus Philopappus Atheniensis fuit frater Arvalis [Bloch l. c. p. 145]; C. Iulius Severus cos. a. 155 ὁ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων fuit inter quindecimviros [C. J. Gr. 4029. 4030 Ancyrae].

Patriciorum pontificum permulti tituli ut servati sint, nescio an fortuito acciderit [Mommsen, Röm. Forsch. I p. 85]; at tamen quamvis exiguus sit numerus plebeiorum pontificum, Theodorum Mommsen non recte iudicasse, cum diceret [in 'Herm.' III p. 44]: *die Verleihung einer Stelle in den vier höchsten Priestercollegien pflegte bei Nichtadligen nicht lange nach dem Consulat zu erfolgen*, ex fastis meis facile intellegitur; nam inveniuntur et plebei, qui ante quaesturam aut paullo post pontifices facti sunt, et patricii post consulatum in hoc collegium adsciti: id quod accuratius perspicietur, ubi exposuero, quid enucleari possit de loco cursus honorum, quo concessus sit pontificatus hominibus ordinis senatorii. Haec quaestio nisi ex inscriptionibus solvi nequit. At magnus earum numerus valde minuitur; nam primum a ceteris secernendae sunt eae, in quibus pontificatus aut initio honorum (plerumque post consulatum) aut in fine collocatus aut interiectus est inter magistratus ordinarios et extraordinarios municipalesve, quod exemptus est ex ordine temporis [Wilmanns 1126; Mommsen, St.-R. I p. 563]. Deinde caveamus, ne titulis a civitatibus hominibusque provincialibus dedicatis nimiam concedamus fidem, quoniam facile fieri poterat, ut ab aliquo sive inscientia sive neglegentia magistratus et sacerdotia non suis locis collocarentur. Si vero pontificatus aut in medio cursu honorum refertur aut ante primum vel post ultimum magistratum exhibetur aliaque sacerdotia commemorantur alio loco, pontificatum suo loco inter honores positum esse puto. Omissis igitur dubiis titulis pauci mihi relinquuntur, quibus nitor, at certi.

Liberae reipublicae temporibus praetextati pueri occurrunt sacerdotes et duo pontifices maximi, qui nondum sederant sella curuli [Ambrosch, Studien I p. 55; Mercklin l. c. p. 119; Bardt l. c. p. 37; Mommsen, St.-R. II p. 32 sq. et in 'Eph. epigr.' III p. 2; Madvig l. c. II p. 608 sq.]. Aetate imperatorum, qui togam virilem nondum sumpsissent, nactos esse honorem pontificalem nego; fieri autem potuisse, ut in pontificum collegium cooptarentur, qui nondum munus vigintiviratus suscepissent vel tribunatum militare capessissent, contendo [Mommsen, St.-R. I p. 544 sqq.; Borghesi opp. IV p. 451]. Illustratur mea sententia optime tabula marmorea, quam L. Apronius L. f. Caesianus septemvir epulonum

Veneri Erucinae dono dedit post annum 20 [Eph. epigr. II p. 264 sqq.]: Puerili toga praetexta posita paullo post ab imperatore Tiberio septemvir epulonum factus propter victoriam a Numidis reportatam sacerdotalem [Mommsen, St.-R. I p. 421 sq.] accepit hancque — id est effigiem ipsius praetexta sacerdotali induti — deae dedicavit; perraro enim tale aliquid accidisse probabile est. Itaque statuendum est filium aetate impeditum, quominus fungeretur magistratu, cum patre in Africam ivisse non legatum, non tribunum militum legionis, sed comitem tantummodo [Mommsen, St.-R. I p. 506 sq. 572 sq.; C. J. L. XIV 2947], et tum demum in bello togam virilem sumpsisse [Marquardt, Pr.-L. p. 121], ut *inter se opponantur praetextae duae puerilis posita et sacerdotalis sumpta*.⁶⁶⁾ Sententiae meae non refragari puto, quod adhuc pontifex nullus occurrit, quem ante vigintiviratum cooptatum esse constat;⁶⁷⁾ neque enim quicquam certi dici potest de titulis, in quibus aut pontificatus solius mentio fit [Fast. 21. 111. 114. 116. 117; C. J. L. IX 2216] aut cum vigintiviratu coniuncti [Fast. 112]. Ante quaesturam pontificatum acceperunt C. Octavius [Fast. 1], Cn. Pompeius Magnus [Fast. 20], M. Lollius Saturninus [Fast. 34], L. Annius Ravus [Fast. 64], M. Nummius Albinus [Fast. 75], L. Fulvius Aemilianus [Fast. 76]. Plerumque tamen aetatis senatoriae ratio videtur esse habita, ut homines iam magistratibus functi in amplissimum collegium reciperentur [Tac. hist. I 77; Plut. Oth. 1; Dio XLII 51]; inter quaesturam et praeturam pontificatum adepti sunt L. Cornelius Balbus [Fast. 2], M. Claudius Marcellus [Fast. 3 (ante aedilitatem)], Ti. Claudius Nero [Fast. 4], M. Scribonius Libo [Fast. 9], Pollio [Fast. 43], L. Fulvius Valens [Fast. 50], P. Iuventius Celsus [? Fast. 56], Q. Pompeius Priscus [Fast. 63], Q. Tineius Rufus [? Fast. 66], Q. Pompeius Priscus [? Fast. 81]; ante consulatum pervenerunt ad hoc sacerdotium T. Pomponius Proculus [Fast. 54], L. Fulvius Aemilianus [Fast. 77], C. Fulvius

⁶⁶⁾ Praeterea cf. de Vestini filiis adn. 60. Senec. dial. VI 24: *Hac sanctitate morum effecit* (Metilius Marciae filius), *ut puer admodum dignus sacerdotio videretur, materna sine dubio suffragatione, sed ne mater quidem nisi pro bono candidato valuisset* [Heidbreede 'De L. Annaei Senecae Consolatione ad Marciam' Bilefeldae 1839 p. 7], de clem. I 9; C. J. L. IX 4855: *L. Nonius Quintilianus L. f. Sex. n. C. Sosi cos. (a. 722) triumphal. (a. 720) pronep. augur salius Palat. vix. ann. XXIIII.* C. J. L. X 4749.

⁶⁷⁾ Fortasse L. Antistius Vetus [Fast. 11] et Regulus [Fast. 15].

Plautianus [Fast. 78], post consulatum C. Calpetanus Rantius [Fast. 31], Cn. Iulius Agricola [Fast. 32], M. Appuleius Proculus [? Fast. 40], L. Licinius Sura [Fast. 41], Terentius Gentianus [Fast. 49], Ti. Iulius Severus [Fast. 55], C. Iulius Asper [Fast. 79], C. Octavius Sabinus [? Fast. 80].⁶⁸⁾

Quoniam in ordinem pontificatus et magistratum inquisivi, nunc verba faciam, num fieri potuerit, ut simul aliorum sacerdotiorum participes essent pontifices.

Ac prioribus quidem liberae reipublicae temporibus non raro accidisse, ut bina summorum sacerdotiorum deferrentur singulis, accuratissime demonstravit Bardt [l. c. p. 38; Ambrosch, Studien I p. 229 adn. 105; Marquardt, St.-V. III p. 233 et p. 399]. Inde autem a medio altero a. Chr. n. saeculo nobiles diligenter impediverunt, quominus quis in duo quattuor collegiorum cooptaretur, ne maiore dignitate ceteris esse sibi videretur; hoc modo effectum est, ut quam plurimi nobilium in amplissimis collegiis essent. Eandem rationem imperatores secuti sunt, ut ipsis quam saepissime merita sacerdotiis remunerandi occasio daretur; nam eos plerumque abstinuisse iure loca collegiis supra numerum adiciendi probabile est [cf. p. 63; Henzen, Arv. p. III], ne eo minoris aestimaretur ornamentum sacerdotiale, quo facilius posset accipi. Usque ad Aureliani aetatem C. Octavius Sabinus cos. a. 214 unus occurrit duobus amplissimis sacerdotiis (pontificatu et auguratu) honoratus [Fast. 80].⁶⁹⁾

⁶⁸⁾ Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1863 p. 278; Ulrichs, De vita et honoribus Agricolae p. 25. De vita et honoribus Taciti p. 3 sq.; Marquardt, St.-V. III p. 381; cf. Fast. 24. 26. 28. 37. 48. P. Vitellius legatus legionis a. 15 [Tac. ann. I 70. II 74] sacerdotium accepit a. 20 [ann. III 19], simul cum Q. Veranio, Germanici legato a. 18 [ann. II 56], consule a. 49 et cum Q. Servaeo. Germanici legato item a. 18, praetura functo a. 32 [ann. VI 7]; Aquillius Regulus, quaestorius a. 70, a Nerone sacerdotio ornatus est, cum *nondum honorum capax aetas* eius esset [Tac. hist. IV 42]; C. Plinius Secundus cos, suff. a. 100 circa annum 103 inter augures receptus est [Teuffel l. c. p. 786]; Vell. Pat. II 100; Senec. de benef. VII 28. dial. V 31; C. J. L. XI 1432 sq. XIV 3517. 3593.

⁶⁹⁾ Cf. p. 44 adn. 17; fortasse Postumius Varus ante annum 271 augur et XV vir factus est [C. J. L. VI 1417]; titulus C. J. L. VI 2155: [*quindecimviro sacr. fac. [VII viro epul]onum [sodali Antoninia]no* quo tempore positus sit, ignoro. — Quarto autem saeculo cum christiana fides in dies latius pervagaretur, eos, qui colebant deos Romanos, duo atque tria summorum

Neque vero quicquam obstitit, ne in unum ex quattuor collegiis et in aliud praeter quattuor illa homo ordinis senatorii cooptaretur. Hic repugnandum mihi est Ioachimi Marquardt sententiae [St.-V. III p. 233 adn. 2 et p. 429 adn. 1; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 370], qui temporibus liberae reipublicae aut imperatorum necesse fuisse negat salium ex collegio exire, cum pontificibus (aut auguribus aut flaminibus) adscriptus esset. Principum enim aetate semper exauguratum esse puto salium eum, qui electus esset pontifex, ut locus in saliorum collegio vacuus fieret; quam legem imperatores instituisse mihi videntur, ut quam plurimos patricios augerent et ornarent decore sacerdotali, cum saliatu adolescentibus patriciis dari solet ornamento. In fastis saliorum Palatinorum [C. J. L. VI 1977—1983] causa exaugurationis non semper commemorata est: velut Annium Ravum [Fast. 64] et Tineium Rufum [Fast. 66] propter pontificatum acceptum exisse ex saliorum collegio tituli eis positi probant, non fasti, neque meae opinioni inscriptiones refragantur, in quibus et pontificatus et saliatu fit mentio. Nam Annius Ravus et Nummius Albinus [Fast. 75] in marmoribus item salius Palatinus et pontifex nominati sunt, quos missum fecisse salialem honorem fastis est traditum.⁷⁰ Itaque pontifices: Fast. (15). 34. 42. 43. 46. 59. 63. 64. 66. 75. 76. 81 adolescentulos⁷¹ in saliorum (Palatinorum aut Collinorum) collegia adscitos esse arbitror, tum exisse, cum maiorem pontificatus dignitatem adepti essent. Ceterum fieri potuit, ut ad pontificatum perveniret, qui minore sacerdotio iam honoratus erat, et qui iam pontifex erat, in aliud collegium (praeter reliqua summa) reciperetur, ita ut eidem homines simul sacerdotis complurium collegiorum essent. Raro autem intellegitur, quo ordine sacerdotia tributa sint. Occurrunt homines privati,

sacerdotiorum suscipere necesse erat, ne sacerdotibus deficientibus antiqua religio exstingeretur [C. J. L. VI 1675. 1690 sqq.; Marquardt, St.-V. III p. 245].

⁷⁰) In inscriptione C. J. Gr. 4351 Tineius Rufus pontifex vocatur, salius non item.

⁷¹) M. Antonius octavo aetatis anno salius factus est [Fast. 53]; M. Iunius Silanus . . . X vir stlitib. iudic. salius Collin. vixit annis XX mensibus VIII [C. J. L. VI 1439]; Nerva ante seviratum iniiit saliatum [Fast. 37]; cf. C. J. L. V 1812. VI 1383. 1553. 1559. 1573. IX 3154. X 5058. — Eadem de causa eos saliatu abiisse puto, qui auguratum (XV viratum, VII viratum) aut flamonium acceperunt.

qui fuerunt pontifex et frater Arvalis [Fast. 8. 20. 22. 77 (?). 47 (hic praeterea in tertio collegio videtur fuisse)]; pontifex, sodalis Augustalis, frater Arvalis [Fast. 17]; pontifex et fetialis [Fast. 12. 77 (?)]; pontifex et flamen [Fast. 42]; pontifex et flamen divi Severi [Fast. 68]; pontifex et sodalis Augustalis [Fast. 15 (?). 27. 31. 39. 41. 79]; pontifex et sodalis Antoninianus [Fast. 54]; pontifex et sodalis Hadrianalis [Fast. 69]; pontifex et sodalis Flavialis [Fast. 76]; pontifex, sodalis Antoninianus Verianus, fetialis [Fast. 60]; pontifex, flamen Augustalis, sodalis Aurelianus Antoninianus [Fast. 87]; pontifex, sodalis Antoninianus (Verianus), sodalis Hadrianalis (praeterea saliatu Tiburtino ornatus erat [Fast. 63]). Quinque igitur pontifices adhuc innotuerunt, quorum unusquisque simul binis aliis sacerdotiis fungebatur [Fast. 17. 47 (?). 60. 63. 87].⁷²⁾

Iam sequitur, ut exponam, per quem pontificatus hominibus privatis tributus sit.

Postquam Labienus a. 691 Caesare auctore legem Cn. Domitii Ahenobarbi tribuni plebis a. 651 scitam, a Sulla dictatore a. 673 abrogatam iterum pertulit, haec ratio fuit, ut minor pars populi (id est septendecim tribus sortitae) de candidatis a sacerdotibus quattuor collegiorum nominatis suffragia ferret, et *ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur*. Quid postea lex Iulia sanxerit, non satis constat [Mercklin l. c. p. 122 sqq. et p. 145 sq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 334 sqq.; Mommsen, St.-R. II p. 28 sqq.; Madvig l. c. II p. 603 sq.]. Quod ius sacerdotum creandorum a Caesare dictatore populo ademptum non est, quamquam rerum scriptores excepto Nicolao Damasceno [vit. Caes. 4] de comitiis silent, ubi de electione sacerdotum verba faciunt;⁷³⁾ sed ne tribus hoc libere persequerentur, obstabat

⁷²⁾ Cf. Fast. 24. 26. 28. 37. 48; Vell. Pat. II 127; Senec. dial. V 31. de benef. IV 30; C. J. L. III 2974 sq. VIII 6987. X 409. XI 1432 sq. 3365. XIV 2405. 2501. 3604. 4246; Marquardt, St.-V. III p. 233.

⁷³⁾ Vell. Pat. II 59; App. bell. civ. II 138; Dio XLI 36. XLII 19. 51. XLIII 51. XLIV 39; Mercklin l. c. p. 147; Mommsen, St.-R. II p. 1110 adn. 1.

Caesaris arbitrium. Populum enim hanc rationem habuisse Caesaris verisimile est, ut nullos subrogaret sacerdotes nisi quos ille commendavisset; itaque Caesar usus iure sacerdotali nominationis legitime in ea collegia homines privatos cooptare poterat, in quibus ipse erat; qua de causa id agebat, ut in omnia quattuor reciperetur [cf. p. 64 adn. 40]. Non secus temporibus triumvirorum homines ordinis senatorii sacerdotiis aucti sunt; comitorum per raro fit mentio,⁷⁴⁾ quod tribus plerumque non sua sponte voluntateque sacerdotes creare poterant; Octavianum ipsum sacerdotia detulisse dicunt historici.⁷⁵⁾ Anno autem 725, cum bello civili confecto respublica Romana denuo constituenda esset, Octaviano a senatu populoque ius datum est, ut Dionis verbis utar [LI 20; cf. LIII 17]: *ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν, ὅσους ἂν ἀεὶ ἐθελήσῃ, ἀίρεισθαι*, quae viri docti hoc modo interpretati sunt:

Mercklin [l. c. p. 153 sq.], Gemoll [l. c. p. 24 sq.], Mommsen [St.-R. II p. 1110] Bartholomaeum Borghesi [opp. III p. 428 sqq.] secuti inter se ita consentiunt, ut Octavianum populo, ceteros principes senatui eos commendavisse statuunt, qui sacerdotes crearentur; ita autem inter se discrepant, ut Mercklin et Mommsen Augusto a. 725 ius esse concessum putent et intra numerum et supra numerum sacerdotes proponendi, Gemoll a. 725 opus fuisse lege neget, qua principi ius daretur sacerdotes ordinarios suffiendi: *immo valde mihi est persuasum*, inquit, *multo ante annum 725 Augustum in eis sacerdotiis, in quae erat receptus, omnes sacerdotes fecisse, in caeteris neminem saltem eo invito factum esse*, et alio loco: *Illa enim verba multo facilius ita intelleguntur, ut imperatori ius esse datum et supra numerum h. e. non iam ut antea tantum infra numerum, sed inde ab hoc tempore supra numerum quoque sacerdotes faciendi statuamus*. Henzen [Arv. p. 154; atque similiter Madvig l. c. II p. 604] alios sacerdotes ab imperatore, alios a collegiis electos esse videri iudicat. Videamus singula.

Apertissime verba scriptorum docent imperatores ex arbitrio suo sacerdotia hominibus privatis dedisse;⁷⁶⁾ sacerdotum comitia

⁷⁴⁾ Cic. ad Brut. I 5. Philipp. XIII 12.

⁷⁵⁾ Vell. Pat. II 100; Senec. de clem. I 9. de benef. I 5; App. bell. civ. IV 51. V 72; Dio XLVIII 36 (XLVIII 54). XLIX 16.

⁷⁶⁾ Cf. p. 63. — Vell. Pat. II 100; Senec. dial. V 31. de benef. IV 30; Tac. ann. I 3. VI 40. hist. I 2. 77. III 86. Agr. 9; Plin. ep. IV 8. ep. ad

nunquam commemorantur neque inde, quod imperatores pontifices maximi et omnium collegiorum sacerdotes per tribus creabantur, efficere licet, homines privatos ipsos quoque in comitiis sacerdotes electos esse. Itaque inde ab a. 725 comitia, in quibus privati crearentur sacerdotes, habita esse nego, et cum constet sacerdotes non statuto tempore, sed alium alio die anni cooptatos, simulatque locus vacaret, munus iniisse,⁷⁷⁾ eos ne renuntiatos quidem esse conicio. Nam necesse erat aut identidem in anno comitia sacerdotum renuntiandorum causa haberi aut renuntiationem omnium intra quoddam tempus (velut intra annum) creatorum sacerdotum in unum diem differri, ut qui diversis temporibus plurimum inter se distantibus sacerdotiis essent honorati, simul renuntiarentur: neutrum probabile esse mihi videtur.

Anno autem 14, quo *e campo comitia ad patres translata sunt* [Tac. ann. I 15; Vell. Patere. II 124], a Tiberio senatui ius concessum esse sacerdotia amplissima privatis tribuendi, ut sacerdotes in comitiis tantummodo renuntiarentur, homines docti statuerunt; quam sententiam in verbis Taciti non inesse demonstrabo. Ac primum verisimillimum esse docui inde ab anno 725 comitia neque creandorum neque renuntiandorum sacerdotum esse habita; quod si recte dixisse videor, sacerdotum electio tribubus, penes quas non erat, a. 14 adimi deferrique senatui non potuit. Deinde obstant verba ipsa; ubicunque mentio fit huius *ordinationis comitorum*, magistratuum anni ordinariorum, non sacerdotum comitia intellegenda esse apparet.⁷⁸⁾ Quamquam duobus exemplis comprobari putant homines docti imperatores commendavisse senatui, quem sacerdotem fieri vellent, [Tac. ann. III 19]: *Paucis post diebus Caesar (Tiberius) auctor senatui fuit Vitellio atque Veranio et Servaeo sacerdotia tribuendi*, et [Claud. de Gallor. iure honor.]: *cuius (Vestini) liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu*. Nequaquam ex his locis efficere licet omnes principes,

⁷⁷⁾ Trai. 13 (ed. H. Keil); Suet. Claud. 22. Galb. 8. Vitell. 5. Vespas. 4; Lamprid. vit. Alex. Sev. 49. 58; Plut. Oth. 1. quaest. Rom. 99; Dio LVIII 7. LXVI 14; Athen. I 4; Eph. epigr. II p. 266.

⁷⁸⁾ Mercklin l. c. p. 129 sq. et p. 161; Mommsen, St.-R. II p. 32; Henzen, Arv. p. 150 sq.; Tac. ann. III 19 cum adnotationibus Caroli Nipperdey.

⁷⁹⁾ Suet. Gai. 16; Dio LIX 9. 20; Zonar. XI 5; Mommsen, St.-R. III p. 348; Herzog 'Geschichte und System der römischen Staatsverfassung' II Lipsiae 1887 p. 243.

si quem sacerdotio ornare vellent, in senatu eodem modo proposuisse atque Tiberium et Claudium. Immo vero haec Tiberii ratio tam mira fuit, ut Tacito, qui usitatas electiones sacerdotum semper fere silentio praeteriit, digna esse videretur, quae memoriae traderetur;⁷⁹⁾ quod autem Claudius nisi assentientibus senatoribus equitis filios ad dignitatem sacerdotalem provehere noluit, huius in senatum comitatis et facilitatis est. Itaque me probavisse arbitror inde ab a. 725 imperatores non commendavisse tribubus aut senatui, qui sacerdotiis honorarentur, sed legitime ex sua potestate homines privatos fecisse sacerdotes.⁸⁰⁾ Quam facultatem positam fuisse in sacerdotali iure nominationis, quod imperator omnium collegiorum sacerdos obtineret, recte explicavit Gemoll [l. c. p. 24]. Errasse tamen mihi videtur, quod opus non fuisse opinatur lege, qua Augusto ordinariorum sacerdotum electio permetteretur. Immo vero, cum imperator non solum iura omnium collegiarum sua unius nominatione vindicaret, sed etiam ad eum iura tribuum, quae desinerent sacerdotes subrogare, translata essent,⁸¹⁾ optime intellegi posse puto ei lege concessum esse, ut et supra et infra numerum sacerdotes faceret: id quod Dio brevius quam obscurius rettulit.

Neque vero semper imperatores hoc iure sacerdotes libero arbitrio faciendi usos esse cum per se verisimile est tum testimoniis probatur; quantum principes de sua potestate detrahebant, collegiis sacerdotum concedebant [Mercklin l. c. p. 159 sqq.; Gemoll l. c. p. 17 sqq.; Henzen, Arv. p. 154; Madvig l. c. II p. 604]. In cooptandis pontificibus quae collegii partes fuerint, nisi coniectura diiudicari non potest. Quotannis certo die pontifices iurati eos nominabant, quos sacerdotio dignissimos esse indicabant [Plin. ep. II 1, 8. IV 8, 3].⁸²⁾

⁷⁹⁾ Tiberius *simulacra libertatis senatui praebebat* [Tac. ann. I 77. III 60]. Fortasse in honorem Vitellii, Veranii, Servaei nova loca instituta sunt [Gemoll l. c. p. 28; Mommsen, St.-R. II p. 1110].

⁸⁰⁾ Alia igitur sacerdotum, alia magistratum electio fuit [Mommsen, St.-R. II p. 731 et p. 921 sq.].

⁸¹⁾ Dio LIII 17: οὕτω μὲν δὴ τό τε τοῦ δῆμου καὶ τὸ τῆς γερουσίας κράτος πᾶν ἐς τὸν Αὔγουστον μετέστη, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἀκριβῆς μολαρχία κατέστη.

⁸²⁾ Huic nominationi imperator Claudius intererat [Suet. Claud. 22] et specie idem ius exercebat, quod collegae; re vera autem neminem cooptatum

Eorum nomina, de quibus inter maiorem partem collegii convenerat, in tabulam relata et principi esse allegata videntur; imperatores vero nominatorum hos probasse, illos reiecisisse aliosque ex suo arbitrio substituisse verisimile est, ut semper essent destinati, ex quorum numero, simulatque locus vacaret, (statuto ordine) sacerdotes cooptarentur.⁸³⁾ Saepe autem factum esse puto, ut principes homines optime de ipsis et de republica meritos, quorum nomina tabulae sacerdotum designatorum inscripta non erant, ex sua potestate⁸⁴⁾ occasione data sacerdotio ornarent, ut collegium in loca vacua statim eos recipere iuberetur. Quacum sententia Dionis verba [LIII 17] congruunt: ἐκ τε τοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερωσθῆαι καὶ προσέτι καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους σφῶν διδόναι, quae me quidem iudice ita intellegenda sunt, ut homines privatos in pleraque sacerdotiorum loca ex arbitrio imperatoris adscitos, in reliqua eos cooptatos esse statuatur, qui a collegiis nominati et a principe accepti essent [Merklin l. c. p. 162; Gemoll l. c. p. 26; Mommsen, St.-R. II p. 1111].

Quotiens imperatores in honorem hominum privatorum collegio pontificum nova loca adiecerint, non satis apparet [cf. p. 63 adn. 38; Suet. Aug. 31; Merklin l. c. p. 153 sq.; Rubino

esse, quem ipse non nominasset aut probasset, consentaneum est [Mommsen, St.-R. II p. 1112].

⁸³⁾ Mommsen, St.-R. II p. 30 et p. 1111 adn. 1; Tac. ann. VI 40: *Blaeis sacerdotia, integra eorum domo destinata, convulsa distulerat* (Tiberius), *tunc ut vacua contulit in alios*; Senec. de benef. VII 28. de clem. I 9. dial. VI 24; C. J. L. II 1570. Plinius a Verginio Rufo, qui a. 98 mortuus est [Asbach, Anal. hist. et epigr. Lat. p. 16], nominationis die *semper* [ep. II 1, 8], ab Iulio Frontino augure *per hos continuos annos nominatus* [ep. IV 8, 3] a. 103 aut a. 104 in huius locum successit augurato ornatus a Traiano, quem litteris adierat: *rogo dignitati ad quam me provexit indulgentia tua vel auguratum vel septemviratum, quia vacant, adicere digneris* [ep. ad Trai. 13]; annis igitur antegressis sive a maiore parte collegii non acceptus sive ab imperatore praeteritus videtur esse.

⁸⁴⁾ Cf. C. J. L. V 3117 [Mommsen, St.-R. II p. 26 adn. 4]. VI 2001. 2004: [*ex litteris imp. Antonini Pii Felicis Augusti et omnium* (id est collegiarum) *consensu* factus) sodalis Antoninianus [Mommsen, St.-R. II p. 1111 adn. 3; Gemoll l. c. p. 30]. VIII 7062: *sacerdotio Flaviali Titiali iudicio* (cf. Plin. ep. IV 8, 1. ep. ad Trai. 13) *domini n... imp. Caes. L. Septimi Severi Pertinacis Aug. Pii exornatus*.

l. c. p. 14 adn. 3; Henzen, Arv. p. III; Mommsen, St.-R. II p. 1110 adn. 4].⁸⁵⁾

Pontifices per totam vitam sacerdotalem dignitatem obtinuisse Marquardt contendit [St.-V. III p. 246; Mercklin l. c. p. 127]; sed cave credas aetate imperatorum nunquam pontificatum homini vivo ablatum esse [cf. p. 75]. Neque enim dubitare licet, quin, qui motus esset de ordine senatorio, ei sacerdotium ademptum sit, et Plutarchus praeter augures sacerdotibus condemnatis et in exsilium eiectis munus abrogatum et in loca eorum alios substitutos esse memoriae tradidit.⁸⁶⁾

Iam restat, ut de dignitate pontificali (vel sacerdotali) verba faciam.

Quamquam in tria reliqua summorum collegiorum non eadem cura inquisivi, tamen, cum inter omnes constet publicam quattuor sacerdotiorum condicionem parem fuisse, aetate imperatorum pontificatum, auguratum, quindecimviratum, septemviratum non tam munera hominum ordinis senatorii habita esse, quae eo plus honoris tribuerent, quo quis diligentius ea exsequeretur, arbitrator quam ornamenta, quorum in ipso titulo dignitas esset posita; id quod cum inde apparet, quod adolescentuli saepissime in collegium amplissimum admissi sunt, qui neque iuris neque caerimoniarum periti erant, tum ex exemplis eis, quibus sacerdotia delata esse demonstratur, etiamsi novus sacerdos nequaquam officio fungi posset: velut Cn. Iulius Agricola [Fast. 32] a. 78 simul pontificatu honoratus et Britanniae legatus Angusti pro praetore praepositus est, ut in collegium receptus statim de urbe decedere cogereetur. Provinciam autem per septem fere annos administravit, et a. 85 Domitianus id egit, ut Agricolam

⁸⁵⁾ De inaugurandi caerimoniis cf. p. 75.

⁸⁶⁾ Plut. quaest. Rom. 99: διὰ τί τῶν ἄλλων ἱερέων τὸν καταδικασθέντα καὶ φυγόντα παύοντες ἕτερον αἰροῦνται, τοῦ δὲ αὐθοῦρος ἕως ζῆ καὶ ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι καταγνώσιν οὐκ ἀφαιροῦνται; Plin. ep. IV 8, 1. 2; Senec. dial. IX 11; Tac. ann. VI 40; Lex colon. Genet. in 'Eph. epigr.' III p. 93; Bardt l. c. p. 15 n. 68; de Agricola pontifice: Tac. Agr. 40 sqq.; Dio LXVI 20; a S. Pompeio a. 717 [cf. p. 5 adn. 3], fortasse a M. Antonio a. 722 [Dio L 4: καὶ τὴν τε ὑπατείαν αὐτόν, ἐς ἣν προεχειροτόνητο, καὶ τὴν ἄλλην ἐξουσίαν πᾶσαν ἀφείλαντο] sacerdotium abiudicatum est.

in Syriam legatum mitteret [Tac. Agr. 40].⁸⁷⁾ Dignitatem sacerdotalem consequeretur is, qui in unum ex amplissimis collegiis erat cooptatus; quattuor enim sacerdotia eiusdem pretii fuisse et inde apparet, quod usque ad initium tertii saeculi nunquam accidit, ut duo summorum sacerdotiorum in eundem conferrentur (cf. p. 80), et quod filius persaepe non in idem collegium atque pater cooptatus est, sed in aliud ex quattuor.⁸⁸⁾ Sacerdotia autem pluris quam magistratus aestimata et hominibus privatis quasi cumulum dignitatis addita esse probatur et inscriptionibus, in quibus illa primo loco post nomen posita sunt,⁸⁹⁾ et rerum scriptorum verbis.⁹⁰⁾

⁸⁷⁾ S. Pompeio a. 715 pontificatus aut auguratus concessus est, quamquam proximis quidem annis eum Italia abesse necesse erat [App. bell. civ. V 72: ἑπατεῖσσαι δ' ἀπόντα δι' ἑτοῦ κρίνοι τῶν φίλων]. — Saepe per longum tempus Roma remoti sacerdotes vixerunt [Tac. ann. XVI 27; Plin. ep. II 1, 8; Suet. Claud. 5. Galb. 8. Vespas. 4; Ael. Lampr. vit. Alex. Sev. 58; Symm. ep. I 47; Dio XLVIII 32. LVIII 7; C. J. L. VI 2120; Lex colon. Genet. in Eph. epigr. II p. 108 et p. 128].

⁸⁸⁾ Cn. Pompeius Magnus augur, Gnaeus maior filius XV vir s. f. [Cohen, Méd. imp. I p. 32], Sextus minor filius pontifex aut augur fuit (de nepotis sacerdotio: Senec. de clem. I 9); Cicero augur fuit, de Marci filii sacerdotio cf. p. 5 adn. 3; alter filius C. Antistii Veteris pontificis [Fast. 5] fuit pontifex [Fast. 11], alter in aliud collegium receptus est [cf. C. J. L. XIV 2849]; L. Calpurnii Pisonis pontificis [Fast. 8] filius ipse quoque pontifex [Fast. 14], nepotum illius alius pontifex [Fast. 20], alius XV vir s. f. [Bull. d. Inst. 1885 p. 10], fortasse pronepos pontifex fuit [Fast. 36]; M. Scribonius Libo pontifex [Fast. 9], Lucius frater VII vir epulorum fuit [C. J. L. XIV 2502]; Statilius Sisenna pontifex [Fast. 10] nepos et pater auguris fuit; pater pontificis [Fast. 21] augur fuit; M. Plautius Silvanus VII vir epulorum, ex filiis huius P. Plautius Pulcher augur, Ti. Plautius Silvanus pontifex fuit [Fast. 27]; pater pontificis [Fast. 63] XV vir s. f. fuit, proavus Iulius Frontinus augur [Mommsen, Ind. Plin. p. 414], pronepos pontifex [Fast. 81]; filius pontificis [Fast. 79] VII vir epulorum fuit; C. J. L. II 4129. VI 1442; Tac. ann. IV 17. VI 40. hist. I 77; de sacerdotiis Seiani filiique eius cf. p. 11 adn. 10. — Praeterea cf. Plinii verba [ep. ad Trai. 13]: *rogo dignitati ad quam me procevit indulgentia tua vel auguratum vel septemviratum, quia vacant, adicere digneris*, ex quibus eius nihil interfuisse, utrum acciperet, cognoscitur.

⁸⁹⁾ Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1863 p. 278; Wilmanns 1126; Mommsen, St.-R. II p. 19 sq.; cf. C. J. L. V 6416. VI 897 sq. 909 sq. 913. 921. 1445. XI 1052. 1182; Notizie degli scavi 1884 p. 393 sq.

⁹⁰⁾ Claud. de Gallor. iure honor.; Senec. dial. V 31; Tac. hist. I 77; Plin. ep. ad Trai. 13; Suet. Vitell. 5; Flav. Vop. vit. Aurel. 49; Plut. Oth. 1; item municipalia et provincialia sacerdotia habita esse summa decora ex-

Quodsi quis quaerat, quae causa fuerit, cur summa munera post-ponerentur sacerdotiis: auctoritas magistratuum imminuebatur eodem modo, quo amplificabatur imperatorum; dignitatis autem sacerdotalis Augustorum et Caesarum, quam plurimi fuisse demonstravi, sacerdotes omnes ut collegae participes erant. Itaque sacerdotia eo plus momenti habere necesse erat, quo magis omnibus persuadebatur imperatorem *deum munere summum pontificum etiam summum hominum esse*. Huc accedit, quod pro salute domus Augustae vota nuncupare si non unum, at tamen primum officium esse sacerdotum putabatur [Tac. ann. IV 17. XVI 22. 28; Plin. ep. ad Trai. 13], neque quisquam negabit ad aestimationem sacerdotiorum pietatem religionemque hominum multum valuisse [Tac. ann. IV 16; Suet. Gai. 12; Flav. Vop. vit. Aurel. 19 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 20]. Altissimus gradus sacerdotalis dignitatis hereditaria possessione ita propagatus esse videtur, ut, si pater iam sacerdotalis vir esset, filius item alicui summorum collegiorum adscriberetur [cf. adn. 88]; facile igitur intelligitur fieri potuisse, et ut adulescentuli sacerdotia acciperent non meritorum praemia, sed propter claritatem originis [Tac. hist. III 86], et ut pater et filius simul in eodem versarentur collegio.⁹¹⁾ Ferraro autem videtur factum esse, ut adulescentes, quorum pater sacerdos non esset, reciperentur in collegium, saepius, ut homines aetate progressi propter sua in principem et rempublicam merita sacerdotium adepti familiae dignitatem sacerdotalem acquirerent.⁹²⁾

posuit Kuhn 'Die städtische und bürgerliche Verfassung des römischen Reichs bis auf die Zeiten Iustinians' I Lipsiae 1864 p. 116 sqq.

⁹¹⁾ Exceptis Augustis et Caesaribus cf. Fast. 5 et 11, 8 et 14, 14 et 20 (43 et 54, 58 et 66, 76 et 77); Borghesi opp. III p. 22; Bardt l. c. p. 34 sqq.; Marquardt, St.-V. III p. 229 sq.; cf. C. J. L. XI 3254.

⁹²⁾ Sacerdotia data esse praemii loco probant verba Vellei Paterculi [II 51. 127], Taciti [ann. III 19. hist. I 2. 77. IV 42], Suetonii [Galb. 8. Vitell. 5. Vespas. 4], Aelii Lampridii [vit. Alex. Sev. 58], Appiani [bell. civ. V 72], Dionis [XLVIII 36]; cf. Eph. epigr. II p. 266. In inscriptione C. J. L. VI 1490 Q. Pompeius Sossius Priscus [Fast. 63], qui salius Collinus, pontifex, sodalis Antoninianus, sodalis Hadrianalis fuit, a pronepote [Fast. 81] nominatur *sanctissimus vir et fortissimus . . . piissimus et domus suae conditor religiosissimus*, quamquam maiores eius inter sacerdotes iam fuerunt [cf. adn. 88]. De utrisque dignitatibus sacerdotiorum et magistratuum cf. Vell. Pat. II 43. 75. 124; Tac. ann. XI 11. XVI 28; Ael. Spart. vit. Did. Iul. 6.

§ 4.

De pontificum promagistro.⁹³⁾

Quamquam pontificatus maximus semper cum principatu coniunctus fuit, tamen factum non est, ut duae potestates et imperatoria et sacerdotalis quasi in unam plane confunderentur, quamvis difficile interdum sit cognitu, num quid ex auctoritate principis aut ex pontificis maximi arbitrio sancitum sit [C. J. L. VI 930; Mommsen, St.-R. II p. 72; Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I p. 503 et p. 517]. Hoc constat, aetate imperatorum pontificatum maximum conexum quidem mansisse cum magisterio pontificum collegii, nec tamen eodem modo atque liberae reipublicae temporibus; nam et saepissime principes diu Roma aberant [Mommsen, St.-R. I p. 491; Madvig l. c. II p. 615], et quamquam certis testimoniis probatur ex aliisque colligitur eos, cum in urbe morarentur, ut magistros votis, sacris, consiliis, nominationi collegii interfuisse, ludis pontificalibus praesedissee,⁹⁴⁾ tamen dubitandum est, num Augusti inter pontifices diligentius magisterio functi sint quam verbi gratia inter fratres Arvales.⁹⁵⁾ Itaque hoc loco inquiram, quomodo a primis imperatorum annis⁹⁶⁾ vicarius substitutus sit, cum imperator aut causa aliqua impeditus non posset aut nollet magistri officia exsequi. Qua de re cum scriptores nihil tradiderint et promagistri⁹⁷⁾ nomen primum a. 155 in marmore oc-

⁹³⁾ Borghesi opp. VII p. 376 sqq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 366; Marquardt, St.-V. III p. 246; Mommsen, St.-R. II p. 23 et p. 1106.

⁹⁴⁾ Tac. ann. I 10. IV 17. VI 12. XI 11. 15. hist. II 91; Plin. ep. ad Trai. 68; Suet. Aug. 45. Tib. 25. Gai. 18. Claud. 22. Domit. 4; Ael. Spart. vit. Hadr. 22; Iul. Capit. vit. M. Anton. 13; Ael. Lamprid. vit. Alex. Sev. 22; Dio LVII 10; Herod. I 9, 2; Zosim. II 5, 3; C. J. L. III 1312. VI 369. 933. 1283. 2120. X 6422; Roth in 'Rhein. Mus.' N. F. VIII p. 365 sqq.; Mon. Ancyr. p. 41 sqq. et p. 91 sqq.; Lübberth 'Commentationes pontificales' Berolini 1859 p. 55; Wamser 'De iure sepulchrali Romanorum quid tituli doceant' Darmstadii 1887 p. 51.

⁹⁵⁾ Ferraro in collegio adfuerunt [C. J. L. VI p. 584]. Caligula solus magister bis sacris praesedit a. 38 [Mommsen in 'Grenzbot.' 1870 I, 1 p. 167]; ceteri principes promagistros nominaverunt, etiamsi ipsi Romae erant.

⁹⁶⁾ Octavianum Lepidi pontificis maximi vice ab anno 718 usque ad annum 741 egisse consentaneum est [cf. p. 59; Suet. Aug. 16. 54; Dio LIV 15].

⁹⁷⁾ Pontifex maximus nunquam magister collegii appellatus est [Henzen, Arv. p. IV adn. 1]; de magistro pontificum Cirtensium cf. C. J. L. VIII 7115. 7123.

currat [C. J. L. VI 2120; Fast. 56], num quid lucis reliquorum summorum collegiorum comparatio afferat, videamus.

Quindecimviris a. 737 quinque magistri praesederunt, quorum primus Octavianus erat; sed ludi saeculares ab imperatore et ab Agrippa celebrati sunt, quibus collegium editionem mandaverat, quamquam hic inter magistros non erat [Mon. Ancyr. p. 91 sqq.; Suet. Aug. 45; Dio LIII 1. LIV 19]. Anno 32 magistri commemorantur [Tac. ann. VI 12], Plinii temporibus magister [N. H. XXVIII 12]; anno autem 88 Domitianus unus magister ludos saeculares fecit [Marquardt, St.-V. III p. 381 sq.]. Promagistri titulus in duabus tabulis publicis collegii C. J. L. X 6422 (a. 213) et 3698 (a. 289) legitur.

Imperatorum aetate quis inter augures et septemviros epulones⁹⁸⁾ loco magistri fuerit, non satis apparet; liberae rei publicae temporibus in augurum collegio qui plurimum aetate antecessisset, eum principatum tenuisse nominatumque esse augurem maximum Marquardt coniecit [St.-V. III p. 399; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 347; Mercklin l. c. p. 98]. Nescio an coniectura non aberrem, cum statuo imperatores post annum 32 (fortasse inde a temporibus Flaviorum) non solum quindecimvirovum perpetuos magistros fuisse, sed etiam augurum et septemvirovum.⁹⁹⁾ Hinc efficitur, ut inde ab eodem tempore in collegiis pontificum, augurum, quindecimvirovum s. f., septemvirovum epulonum collegam eodem modo substitui necesse fuerit, qui vice magistri fungeretur.

In pontificum collegio circa medium quartum saeculum munus promagistri fuisse annum atque plus semel ab eodem homine suscipi potuisse elucet ex his verbis: *pontifici maiori promagistro iterum* [C. J. L. VI 1700 = Wilmanns 674]. At tamen dubito, num prioribus temporibus promagistri anni nominati sint; immo vero aliquamdiu imperatores sua magistri officia non eidem totum per annum, sed alii collegae alia data occasione mandavisse, ita ut intra unius anni spatium plures pro magistro

⁹⁸⁾ C. J. L. XIV 3469 sq.

⁹⁹⁾ Cf. p. 65; etiam ipsos reges auguribus praesedissee verisimile est [Ambrosch, Studien I p. 193 adn. 171; Mercklin l. c. p. 95; Marquardt, St.-V. III p. 241 et p. 398]. Ael. Lampr. vit. Alex. Sev. 22: *pontificibus tantum detulit et quindecim viris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum a se finitas iterari et aliter distingui pateretur*; C. J. L. VI 1233. VIII 7103.

esse possent, probare mihi videntur verba Taciti [hist. IV 53; Marquardt, St.-V. III p. 265; Madvig l. c. II p. 619 adn.], Suetonii [Aug. 45. Gai. 18], Dionis [LVII 10].

Perraro autem promagistri titulus in inscriptionibus invenitur; cuius rei me quidem iudice causa est ea, quod munus illud, dum vicarium, nondum ordinarium erat, iure commemorari non licebat nisi in tabulis eis, quae, quo anno administrabatur, positae sunt; velut in inscriptione C. J. L. VI 2120 (d. III Non. Nov. a. 155), quae decretum collegii pontificum continet: *Iubentius Celsus promagister subscripsi*. Quacum compares velim C. J. L. X 6422 (a. 213 d. XVII K. Iul.): *Ex auctoritate imp. Caes. M. Aurelii Antonini... et decreto coll. XV. sac. fac. Servius Calpurnius Domitius Dexter promagist. aram Circes sanctissime restituit dedicat* — in utraque basi post a. 213 collocata [C. J. L. VI 1368 = XIV 3993. VI 1369] Dexter non promagister dicitur, sed tantummodo *XV vir s. f.* — et C. J. L. X 3698 (a. 289 d. XVI K. Sept.): *Pontius Gavius Maximus pro magistro* (XV virorum s. f.) *subscripsi*. Fortasse igitur tituli honorarii L. Fulvii Aemiliani [Fast. 76] et Pomponii Bassi [Fast. 102] eo anno dedicati sunt, quo hi promagistri collegii pontificum fuerunt.¹⁰⁰⁾

¹⁰⁰⁾ In inscriptionibus quarti saeculi saepius promagistri commemorantur; C. J. L. VI 1700: *pontifici maiori promagistro iterum*. 2158: *...pontifices Vestae ... pro magisterio ... Vitrasii Praetextati*. X 1125: *...pontifici Vestae matris et in collegio pontificum promagistro*; Notizie degli scavi 1883 p. 454: *pontifices... promag. Macrinio Sossiano*; Zosim. IV 36: ὁ πρῶτος ἐν αὐτοῖς τεταγμένος.

Caput III.

Fasti pontificum minorum.¹⁾

1. T. STATULENUS IUNCUS.

Flamen Augustalis (Pisis), *pontifex minor publicorum p. R. sacrorum, princeps coloniae* (a. 4 [C. J. L. XI 1421]). — Marquardt [Becker-Marquardt, Handb. IV p. 195 adn. 1145] hunc pontificem minorem Pisis fuisse falso iudicavit [Wilmanns, Ind. p. 450 et p. 482 et 'De sacerdotiorum p. p. R. quodam genere' Berolini 1867 p. 56 adn. 38; Henzen, Ind. p. 46 et in 'Ann. d. Inst.' 1857 p. 92 adn. 1; Herbst 'De sacerdotiis Romanorum municipalibus' Halis Saxonum 1883 p. 18].

2. Q. DECIUS Q. F. SATURNINUS.

Patronus coloniae Aquinatis. Pontifex minor ante annum 29 videtur factus esse [Wilmanns 2046 adn. 2]. Inter sacerdotia urbana (*pontif. minori Romae, tubicini sacror. publ. p. R. Quirit.*), quae haud scio an in fine totius cursus honorum acceperit, et sacerdotia Aquinatia (*pontif., flamini Romae et divi August. perpetuo*) munera publica (*curatori viarum Labic. et Latinae* [Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 112; Mommsen, St.-R. II p. 1077], *trib. mil., praef. fabr. i. d. et*

¹⁾ Becker-Marquardt, Handb. IV p. 193 sqq.; Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1857 p. 92 sq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 332 sq.; Marquardt, St.-V. III p. 244 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 26 et p. 1113. III p. 566 sqq.; Madvig l. c. II p. 614. — Inveniuntur nomina haec: *pontifex* [C. J. L. X 5392 (Fast. 2); Henzen 6642 (Fast. 6)]; *pontifex minor* [C. J. L. X 5393 (Fast. 2). VI 1598 (Fast. 3). 1607 (Fast. 4). 1625 b (Fast. 5). XIV 2900. 2922 (Fast. 7). VI 2126 (Fast. 8). 1620 (Fast. 9). 3839 (Fast. 10)]; *pontifex minor Romae* [C. J. L. X 5394 (Fast. 2)]; *pontifex Romae sacrorum publicorum* [C. J. L. X 3901 (Fast. 11)]; *pontifex minor publicorum p. R. sacrorum* [C. J. L. XI 1421 (Fast. 1)].

sortiend. iudicibus in Asia [Mommsen, St.-R. I p. 232] et municipalia interposita sunt [C. J. L. X 5392—5394. Desjardins in 'Rev. archéol.' 1873 (XXVI) p. 174 sqq.].

3. L. AURELIUS NICOMEDES.

[*L. Aurelius L. Caesaris* — mortui a. 138 — (*libertus Nicomedes, qui et*) *Ceionius et Aelius vocitatus est, L. Caesaris fuit a cubiculo et divi Veri imperatoris*) — mortui a. 169 (Iul. Capitol. vit. Ver. 2) — *nutr[itor, a divo Antonino Pio equo publico et sacerdotio Caeniniensi, item pontif[icatu] min[ore] exornatus, ab eodem proc[uratore] ad silic[es] et praef[ectus] vehicul[orum] factus et ab imperatore Antonino [Augusto] et divo Vero cura copiarum exercit[us] ei iniunct[us], hasta pura et vexillo et corona murali donatus, proc[uratore] summarum rati[onum] cum Ceionia Laena uxore hic situs [est]. Mortuus est inter annos 169 et 180 [C. J. L. VI 1598 = Wilmanns 1262; Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1857 p. 86 sqq.; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 101; Friedländer, Sittengesch. I p. 175; Mommsen, St.-R. II p. 1031].*

4. L. DOMITIUS L. F. ROGATUS.

Fuit ab epistulis L. Aelii Caesaris (a. 137), tum procurator monetae Augusti et procurator Augusti (T. Antonini Pii?) provinciae Dalmatiae. Quando pontifex minor factus sit, non constat [C. J. L. VI 1607].

5. M. PETRONIUS M. F. HONORATUS.

Cum procurator a rationibus Augusti erat, nondum pontificatu minore ornatus fuit. Postea praefectura annonae, tum Aegypti (imperante M. Aurelio) ei mandata est [C. J. L. VI 1625 a et b; Friedländer, Sittengesch. I p. 156].

6. L. MARIUS L. F. PERPETUUS.

Pontifex (sc. minor), *procurator provinciarum Lugundensis et Aquitanicae, procurator stationis hereditat., procurator XX hereditatium, procurator patrimonii, procurator monetae, promagister hereditatium* [Boissieu l. c. p. 236 sqq. = Wilmanns 1272].

Huius filii [Mommsen in 'Ann. d. Inst.' 1853 p. 66; Borghesi opp. V p. 455 sqq.] fuisse videntur L. Marius Maximus rerum Romanarum scriptor, cos. I a. 197 vel a. 198, cos. II a. 223 [C.

J. L. VI 1450—1453] et L. Marius Perpetuus consularis Daciarum trium [C. J. L. III 1178], quorum uterque lato clavo donatus est.

7. T. FLAVIUS T. F. GERMANUS.

Patronus coloniae Praenestinae. Praeneste flamen divi Augusti factus et muneribus functus cursum honorum equestrium ingressus est et — iam fuit procurator XX hereditatum — pontificatum minorem videtur accepisse, quod a. 180 triumphum imperatoris Commodi optime instruxisset [C. J. L. XIV 2922; cf. similem inscriptionem falsam C. J. L. V 21; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 151 adn. 1]. Ad hunc refero titulum Praenestinum C. J. L. XIV 2900 [Wilmanns l. c. p. 56 adn. 38; Jordan, Topogr. II p. 278 adn.].

8. P. LIVIUS LARENSIS.

Pontifex minor [C. J. L. VI 2126]. Fortasse is est, qui ab Aelio Lampridio [vit. Commod. 20 (a. 193)] *Livius Laurensis procurator patrimonii* nominatur [Bouché-Leclercq l. c. p. 432; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 310].

9. C. IUNIUS C. F. FLAVIANUS.

Incertum est, quo loco cursus honorum — cum tabula marmorea dedicata est, praefectus annonae fuit, antea procurator a rationibus — pontificatum minorem adeptus sit [C. J. L. VI 1620; Wilmanns 1271 titulum non ante Antoninorum aetatem, at saeculo altero positum esse putat; Friedländer, Sittengesch. I p. 156].

10. Homo ignotus ordinis equestris.

Ab imperatore Elagabalo inter praefecturam annonae et praetorianam pontificatu minore videtur esse exornatus. Tum pervenit ad consulatum [C. J. L. VI 3839]. De praefectis praetorio Elagabali temporibus: Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 232 sqq.

11. Homo ignotus.

...[pon]tif. Romae sa[cror. publ.] pontif. Tea[ni?]. . . [C. J. L. X 3901].²⁾

²⁾ M. OPELLIUM MACRINUM [Fast. 82] omisi, quem non pontificem minorem [Becker-Marquardt, Handb. IV p. 194 adn. 1143; Bouché-Leclercq l. c. p. 378; Marquardt, St.-V. III p. 244 adn. 8], sed scribam pontificium fuisse infra [p. 97] exponam.

Caput IV.

De pontificibus minoribus.

Scribae pontificum (vel scribae pontificii [Liv. XXII 57 cum Guilelmi Weissenborn adnotationibus]) aetate Livii minores pontifices appellabantur et pontificum collegio apparebant; de quibus quae adhuc nota sint, Marquardt [St.-V. III p. 244] exponit. Postea mutatio ea facta esse videtur, ut munera et officia, quae usque ad illud tempus pontifices minores exsecuti essent, hominibus ingenuis humili loco natis libertisque mandarentur¹⁾; pontifices autem minores, qui Augustorum annis inveniuntur, honoratissimi fuerunt equites Romani, quos ullam appositionem pontificibus navavisse statui non potest.²⁾ Huic sententiae refragari Spartiani (vel Capitolini [Teuffel l. c. p. 918]) verba [vit. Macrin. 7]: *eundem (Macrinum), cum scriba pontificius esset, quos hodie pontifices minores vocant, pontificem maximum appellavit Pii nomine decreto (senatus), forsitan quispiam dixerit; haec autem aliter intellegenda esse atque adhuc viri docti*

¹⁾ Tac. ann. XIII 27; C. J. L. VI 2195: *Ti. Claudius Natalis a libris pontifical.* (C. J. L. VI 964 (inscriptio falsa): *Livius Theona ab epistulis Graec. scriba a lib. pontificalibus* [Mommsen, St.-R. I p. 355]); Orelli 2439: *T. Aelio Aug. lib. Titiano prox. a libr. sacerdotal.*; C. J. L. VI 2196: *apparitori pontificum*; Symmach. ep. I 68: *Rufus pontificalis arcarius*; de calatoribus pontificum: C. J. L. VI 712 (820). 2184 sqq. X 1726; de fictoribus pontificum hominibus ordinis equestris: C. J. L. V 3352. VI 2125 = XIV 2413. VI 1074; Wilmanns 311; Notizie degli scavi 1883 p. 466; de servis publicis pontificum: C. J. L. VI 68. 2120. 2307—2309. — Marini, Atti II p. 810; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 173 sqq.; Marquardt, St.-V. II p. 81; Mommsen, St.-R. II p. 64.

²⁾ Orelli [2153] haec dicit: *Sed Caesarum temporibus eos non fuisse tantummodo ministros, adiutores et scribas Pontificum maiorum, ex hoc titulo equidem colligo, ubi ista dignitas praecedat vel procuracionem Provinciae.*

putaverunt, me demonstrare posse arbitror. Macrinus quamquam nominatur scriba pontificius, tamen adhuc habetur in numero pontificum minorum [cf. p. 95 adn. 2]; quae opinio si probatur, gravissime in eo offendendum esse mihi videtur, quod Spartianus neglegenter ac temere Livii verbis sit usus, ut non cogitaret iam per tria fere saecula nomen pontificis minoris valere pro scriba pontificio. Equidem — sive forte accidit, ut tam mire Spartiani et Livii verba congruant, sive illi (vel auctori illius) nescio quo modo loci Liviani in mentem venit —, cum reputo verisimillimum esse pontificatum minorem hominibus ordinis equestris ornamento tribui initio tertii saeculi desitum esse [cf. p. 77], scribas pontificibus apparere etiam post hoc tempus necesse fuisse, nullam causam invenio, cur non ad verbum interpreter Macrinum fuisse inter scribas pontificios,³⁾ hosque Spartiani aetate pontifices minores appellatos esse, ita ut tum hoc nomine munus, non iam equestre decus, quod antea, significaretur. Qua de causa Macrinum in fastos pontificum minorum non retuli.

Augustorum annis pontifices minores non ministros pontificum fuisse ex eo dilucide cognoscitur, quod hoc sacerdotio equites equo publico progressi aetate honoresque adepti soli esse ornati videntur. Inter quae officia equestria pontificatus minor acceptus sit, quoad certo exquirere potui, in fastis explicavi; haec pauca exempla sufficere arbitror ad sententiam meam comprobendam [Fast. 2. 3. 5. 7. 10].⁴⁾

Quominus qui sacerdotium aliquod equestre iam accepisset, ad pontificatum minorem perveniret, ut eodem tempore pluribus sacerdotiis fungeretur, nihil obstitit, quamvis raro propter exiguum locorum numerum factum sit [Fast. 2. 3]. Hoc autem esse tenendum videtur, qui pontifex minor esset electus, eum altissimum honorum sacerdotalium gradum ascendisse, ut fieri non posset, ut posthac sacerdotio alio dignitatis equestris ornaretur [Wilmanns l. c. p. 55]. Praeterea pontifices

³⁾ Non tum a. 217, sed antea, cum *vitam sordidam* agebat et *miserrimis officiis* fungebatur [vit. Macr. 4; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 231 sq.]. Ab infimo munere, quod apud pontifices sustinuerat, eum elatum esse ad summum honorem pontificalem Spartianus velle intellegi videtur.

⁴⁾ Non repugnare puto titulos eos, in quibus equestrium munerum nulla fit mentio [Fast. 1. 8].

minores simul sacerdotes municipales fuisse inscriptionibus refertur: quae sacerdotia quo tempore eis delata sint, non constat [Fast. 1: flamen Augustalis Pisis; Fast. 2: pontifex, flamen Romae et divi Augusti perpetuus Aquini; Fast. 7: flamen divi Augusti Praeneste; Fast. 11: pontifex Teani].

Pontificatum minorem equitibus Romanis ab imperatore traditum esse probatur verbis his: [...a divo Antonino Pio equo publico et sacerdotio Caeniniensi, item pontificatu minore exornatus [C. J. L. VI 1598 (Fast. 3)]; ...exornato (sc. ab imperatore Commodo) sacerdot. splendidissimo pontif. minor. [C. J. L. XIV 2922 (Fast. 7)]; ab imperatore donat. pontif. Romae sacrorum publicorum [C. J. L. X 3901 (Fast. 11)]. Sed imperatorem pontifices quasi cooptasse ex iure sacerdotali nominationis exposui, minores autem pontifices eum ex potestate pontificis maximi elegisse verisimile est.⁵⁾

Ut pontificatus hominibus ordinis senatorii cumulus dignitatis tribuebatur, sic minor pontificatus summum paene fastigium⁶⁾ erat, ad quod eques Romanus pervenire poterat [Wilmanns l. c. p. 53 sq.].⁷⁾ Inde autem, quod adhuc tam pauci equites inventi sunt participes huius altissimi gradus dignitatis sacerdotalis, colligo imperatores noluisse extra ternarium pontificum minorum numerum prodire, ut pontificatus minor semper aestimaretur plurimi. Pontificali igitur ornamento principes hominum et senatoriorum et equestrium merita remunerabantur.

Adduxi ideo quaestionem usque ad tempora Aureliani, primum quod pontifices Romae a. 274 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 274] ab Aureliano Solis et templo exstructo et institutis pontificibus [Flav. Vop. vit. Aurel. 25. 35. 39] appellari coepti sunt pontifices

⁵⁾ Nescio an a principe collegio pontificum interdum data sit facultas nominandi equites eos, qui pontificatu minore ornarentur; cf. C. J. L. XI 3103: ... Caeniniensis a pontificibus factus]... [Mommesen, St.-R. II p. 26 adn. 7].

⁶⁾ Cf. verba: exornato sacerdot. splendidissimo pontif. minor. [C. J. L. XIV 2922 (Fast. 7)].

⁷⁾ Pontificem minorem adlectum in ordinem senatorium abiisse pontificatu verisimile est, quod sacerdotium equestre ab hoc ordine abhorrebat Fast. 10].

maiores.⁸⁾ Deinde post huius principis aetatem ea mutatio est facta, ut iam nihil impedimento esset, quominus vir clarissimus in duo vel tria summorum collegiorum cooptaretur [cf. p. 80 adn. 69]. Itaque inde ab hoc tempore in omnia quattuor collegia coniuncta inquirendum esse puto.

⁸⁾ Adhuc pontificis maioris nullus titulus inventus est, qui ultimis tertii saeculi annis positus sit [fortasse C. J. L. X 1687 = Wilmanns 1219]. De nomine haec habeo, quae dicam: usitatissimum est *pontifex maior* [C. J. L. VI 501. 509. 511. 1675. 1684. 1690 sq. 1694. 1698–1700. 1782. 2121. 2153. IX 2566. X 1637. 1700; Henzen 5954; Notizie degli scavi 1883 p. 454. 1884 p. 40 (tantummodo *pontifex* [C. J. L. VI 498. 511. X 1125; Notizie degli scavi 1883 l. c.; Hieron. ep. 107, 1; cf. Ottonem Seeck ad Symmach. ep. p. CLXXIX; Oros. adv. pag. VII 42]). Tum circa medium quartum saeculum additur *Vestae*, primum ab eis, qui simul pontifices Solis erant: *pontifex maior Vestae* [C. J. L. VI 1741]; *pontifex Vestalis maior* [l. c. 503 (a. 390)]. Denique omittitur *maior*, ut *pontifex Vestae* oppositum sit titulo: *pontifex Solis* [l. c. 1739. 1740 (*pontifex deae Vestae*). 1742. 1778 sq. 2158; *pontifex Vestae matris*: C. J. L. X 1125 (circa a. 390)]; Marquardt, St.-V. III p. 245.

Corrigenda et Addenda.*)

- p. 3 v. 6: Orelli 2489=C. J. L. XII 4333.
 p. 6 v. 2: C. J. L. XI 3517.
 p. 6 v. 14: C. J. L. XI 3786 (a. 31/37).
 p. 6 adn. 4: C. J. L. XIV 3942.
 p. 7 v. 9: C. J. L. XI 3040. XII 141.
 p. 7 v. 20: C. J. L. XI 3787.
 p. 7 v. 26: Orelli 211=C. J. L. XII 147.
 p. 7 adn. 7: Orelli 2148=C. J. L. XI 1824.
 p. 8 v. 6: C. J. L. XI 1032. 1182.
 p. 8 adn. 8: C. J. L. XI 1166. 3786.
 p. 9 v. 10: Mommsen in 'Herm.' XIII p. 247.
 p. 9 v. 22: C. J. L. XI 3336.
 p. 11 v. 14: Henzen 5396=C. J. L. XII 1849 (cf. ibid. 1848).
 p. 11 v. 17: C. J. L. XII 2331.
 p. 11 v. 32: C. J. L. XII p. 906.
 p. 13 adn. 11: Mommsen ipse iam recte iudicavit in 'St.-R.' I p. 576 adn. 2.
 p. 16 v. 29: C. J. L. XI 3734.

*) Volumina XI et XII corporis inscriptionum Latinarum edita sunt, dum hic libellus typis exprimitur.

- p. 22 v. 27: Orelli 3382 = C. J. L. XI 3718.
p. 22 v. 33: C. J. L. XII 169.
p. 24 v. 33: C. J. L. XII 5905.
p. 25 v. 16: Orelli 3421 = C. J. L. XII 361.
p. 30 v. 2: Orelli 896 = C. J. L. XI 3873 (d. XIII K. Apr.).
p. 35 v. 15: *sacerdos dei Solis Inuicti Elagabali* [C. J. L. XI 3774].
p. 36 v. 23: C. J. L. XII 5427 sq.
p. 39 v. 10: C. J. L. XI 3088.
p. 41 v. u.: C. J. L. XII 12.
p. 42 v. 13: C. J. L. XI 826. 3093. XII 57.
p. 43 v. 20 lege: APPULLEIUS.
p. 45 adn. 2: C. J. L. XII 136. 145. 2331. cf. *ibid.* p. 911 v. 1.
p. 46 adn. 3: C. J. L. XII p. 907.
p. 47 adn. 5 v. 2: C. J. L. XII 594.
p. 48 v. 4 lege: x̄z̄v.
p. 48 adn. 7: C. J. L. XI 3785.
p. 48 adn. 8: C. J. L. XII 4344.
p. 55 v. 24: Orelli 686 = C. J. L. XI 3303.
p. 61 adn. 32 lege: *iustissimum... simillumum...* Orelli 643 = C. J. L. XI 1421.
p. 68 adn. 46 v. u.: cf. C. J. L. XII 1114. 5115 add.
-

UNIVERSITY
LIBRARY
PRINCETON, N.J.

Princeton University Library



32101 065265496

UNIVERSITY
LIBRARY
J.M. NOTES



